Samuelis Hahnemanni

Materia medica pura

sive

doctrina de medicamentorum viribus in corpore humano sano observatis,

e Germanico sermone in Latinum conversa.

Conjunctis studiis ediderunt

Dr. Ernestus Stapf, Dr. Guilielmus Groſs et *Ernestus Georgius a Brunnow.*

Volumen II.

Dresdae et Lipsiae,
sumtibus Arnoldi librarii,
anno MDCCCXXVIII.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Medicamenta,

quae hoc volumine continentur.

Arsenicum album.

(Arsenici metallum semioxydatum solutum ac dilutum.)

Animum meum commemorantis de arsenico validae occupant recordationes.

Deus O. M., quum ferrum protulit, terrigenis quidem, ut ex eo aut sicam mortiferam, aut vomerem frugiferum fabricarentur, fratres ut eo aut percuterent, aut nutrirent, concessit; quanto vero melius se haberent, si, quidquid donavit, non nisi ad benefaciendum, adhiberent! Quod si peragerent, tum ad vitae finem, tum ad eius voluntatem se accommodarent.

Similiter ab eo, Deo benignissimo, minime ista temeritas est profecta, qua factum est, ut homines medicaminibus tam praesentibus in morbis, quibus neutiquam erant accommodata, idque tam immensis dosibus, pro absurdo ac levi consilio, vanam sequentes auctoritatem, sine accurata exploratione et firmo delectu, abuterentur.

Si quando exstitit vir, qui medicaminum virtutibus diligenter indagandis dosibusque recte constituendis operam dederit, tanquam inertiae hostem in eum invehuntur, nec non improbe ei obtrectare conantur.

Medicaminibus efficacissimis, arsenico, argento nitrico, hydrargyro muriatico, aconito napello, atropa belladonna, digitali purpurea, opio, hyoscyamo nigro etc. medicorum consuetudo hucusque a b u n d a n t i s s i m e abusa est et c r e b e r r i m e; quibus poten-

tiora quippe, quum plane desint, homoeopathica curatio in usu habere nequit. Jam quum allopathici medici haec adhibent, quam maximas doses propinare manifesto inter se certant. Quid, quod in dosibus istis praeter modum augendis glorientur adque in collegis hanc rationem laudent et probent? Verum, quaeso, si aliquando homoeopathica sanandi ratio eadem, non temere quidem, sicuti medicina vulgaris, sed accuratissima indagatione facta, ibi tantummodo, ubi sunt apta, dosibusque quam maxime deminutis, adhibuerit, tanquam ars venefica infamatur. Quam inimice, quam iniuste, quanta obtrectatione id dictum videri debet ab hominibus, qui probos sese et liberales esse profitentur!

Medico homoepathico artis suae principia explicatius tradente et immodicas, quas vulgaris praescribit medicina, horum medicaminum doses (quod facere in ipsius officio est) condemnante, atque, accurata exploratione nixo, ut dosis multis partibus minor adhibeatur, pugnante, utpote quum, ubi vulgari scholae addicti medici partem grani decimam, dimidiam, immo granum integrum et quod excurrit, praebent, ibi saepenumero grani pars quadrillionesima, sextillionesima adeoque decillionesima opus sit et sufficiat: eadem ista schola, quae medicinam homoeopathicam dicit veneficam, miros edit risus, doses illas, tanquam nugas, reprobat et persuasum sibi (? sine inquisitione ulla sibi persuasum?) esse proponit, nihil omnino eas efficere posse et pro nihilo ducendas esse. Itaque illam non pudet, bilingui ore loqui, et, quod modo vocaverat veneficum, idem uno halitu quasi inane atque exiguum, ad ridiculum usque minutum, irridere, quamvis suas eorundem medicaminum doses immensas ac mortiferas pro iustis habeat et laudet. Nonne manifestissima haec, quae cogitari possit inconstantia?

cōnsulto simulatur eo consilio, ut iniuria audacter inferatur doctrinae, quam veram, constantem, experientia nixam esse atque in eligendis et adhibendis medicaminibus summa diligentia et sedulitate circumspectissima uti negari nequit?

Medicus, celeberrimus scilicet*), quum non ita pridem de opii pondo pluribus, per mensem in nosocomio consumtis commemoraret, utpote ubi ipsis parabolanis, in morbis hac medicina pro lubitu uti, liceret — opio videlicet, quo pluribus hominum millibus vulgaris curatio mortem iam intulit! — homuncio iste famam tamen servavit collectam, quippe qui scholae dominanti adnumeretur, cui omnium, etiamsi fuerint perniciosissima atque ineptissima, venia datur. Quid, (quod paucos ante annos in Europae urbe) quadam prae ceteris illustri, omnes fere medici, sic uti doctores ornatissimi, ita ipsi artis tonsoriae tirones quolibet paene in morbo arsenicum, tanquam medicinam usitatissimam, tam crebris et magnis subinde dosibus propinarent, ut valetudinis calamitas inde exorta non posset non elucere, et hic tamen curandi modus nominaretur honestissimus, quamvis eorum nullus proprias huius metalli oxydulati virtutes (neque ergo morbos viribus eius accommodatos) cognosset et quisque tamen repetitis illud praescriberet dosibus, quarum una, satis ac recte diluta et minuta, ad morbos totius terrarum orbis omnino omnes, quibus arsenicum congruit, sanandos, suffecisset? Utri horum medendi generum inter se contrariorum laus „artis veneficae“ erit tribuenda, vulgari, modo commemorato, quod miseros aegrotos (quibus aliud plane medicamen opus plerumque erat), decimae grani partis dosibus arsenici petit,

*) Marcus Bambergensis,

an homoeopathico, ex quo medicus tincturae rhei ne guttulam quidem praebet, priusquam, an rheum omnino hic sit medicina accommodatissima, unice apta, inquisiverit, — homoeopathico, cuius principiis addictus medicus sedula et multiplici indagatione, rarissime tantum plus, quam arsenici grani partem decillionesimam et ne hanc quidem, nisi in morbis, quibus quo natura respondet, propinare sibi licere, edoctus est? Ergo utri tandem curandi generi artis veneficae debetur honos?

* * *

Alia etiam exstat medicorum secta, quos captatores verborum fallaces dicere possimus. Ipsi quidem, quum medicinam exercent, quaevis abusu noxia medicamenta praescribunt, innocentiam tamen et cautionem vulgo simulare conantes, et de cathedra atque in libris suis horridissimam veneni splendide componunt definitionem; quos si sequeremur, ultra radicem graminis, extractum taraxaci, oxymel simplex et spiritum Mindereri pauca restarent quae innumeris morbis sanandis apta essent. Volunt scilicet, venena hominum vitae absolute (h. e. ubique, quavis dosi et quolibet casu) perniciosissima esse medicamina, atque his pro lubitu remedia plurima esse adnumeranda, quae semper tamen a medicis ad morbos tollendos frequentissime sunt adhibita, quod turpissimum profecto esset facinus, nisi s i n g u l a haec medicamenta interdum fuissent saluberrima. Quorum quodque si vel uno tantum morbo se praebuit salutare, quod factum esse, negari nequaquam potest, impia ista definitio eadem est manifestissima opinionis perversitas. Absolute et quavis conditione noxium et perniciosum, nec non salutare simul aliqnid dicere, sibique ipsi repugnare,

dementis est. Qua ex repugnantia ut expediantur, effugio utuntur hoc: dicunt enim, saepius certe nociva, quam utilia, haec remedia fuisse. At vero crebrior haec noxa utrum ab ipsis remediis, an ab usu perverso, i. e. ab illis, qui in morbis male congruis inepte iis usi sunt, profecta est? Haec scilicet remedia non ipsa se in morbis adhibent sed ab hominibus sunt adhibenda; quod si ullam unquam attulerunt utilitatem, factum id est, quoniam ab hominibus apte aliquando sunt adhibita, factum id est, quoniam semper prodesse possunt, si ab hominibus in nullum nisi accomodatum usum vocantur. Unde sequitur, si haec medicamina, unquam noxae et calamitati fuere, id usu tantummodo hominum perverso evenisse. Quapropter effectus eorum nocivus ei solum est imputandus, a quo inepte sunt adhibita.

Jam vero stulti isti homines opponunt: „etiam si „arsenici naturam remedio corrigente, e. c. kali, ad„mixto cohiberimus, saepissime tamen attulit cala„mitatem."

Ipsum minime, respondeo; nam ut modo dixi, huiusmodi remedia non ipsa se adhibenda offerunt, sed homines ea adhibent et adhibendo nocent. Quid enim kali corrigente effici vultis? utrum arsenicum eo tantum mitigari, an naturam innatam exuturum et novam assumturum esse putatis? Quam si assumserit, plane aliud, non arsenicum habebimus. Sin vero mitigari tantum illud vultis, sola deminutio arsenici puri ac soluti dosium melior profecto est atque aptior ad vires eius frangendas et deprimendas, quam si nimias eius et nimio nocivas adhibemus portiones et alio medicamento admisto aliam ei naturam, nescio quam tribuere conamur, quod remediis sic dictis corrigentibus fieri solet. Etenim ubi partis decimae grani arsenici dosis nimis valida tibi videtur, quidnam impe-

dit, quo minus solutionem diluas et minorem, multo minorem, portionem propines!

„Decima grani pars pondere minima est, quam „adhiberi in medicina mos est. Quisnam nihil veri„tus, ne ridiculus fiat, minorem e taberna medica ve„lit praescribere?“ hunc fere in modum disserere istos audis.

Hem! decima scilicet grani pars periculo vitam obiicit, ac minorem, multo minorem dare, sectae mos tibi non permittit? Nonne sic sana mens irridetur? Utrum usus sectae more receptus institutum est servorum dementium, an hominum libera voluntate ac mente praeditorum? Quod si est, quid prohibet, ne m i n o r e m usurpes dosin, ubi m a i o r noxam afferre possit? Utrum pertinacia? an scholae dogmatum sectatio? an aliae animi angustiae? —

„Immo minori portione adhibitum arsenicum „non posset non nocere, etiamsi, ut ad ridiculam, „omni medicinae nostrae mori plane contrariam do„sin centesimae, millesimae grani partis praescriben„dam descenderemus, ab animo nostro possemus im„petrare. Arsenici ipsa millesima grani pars non „potest, quin sit noxia ac perniciosa, utpote quum „venenum certe sit intemperabile, ut decernimus, sta„tuimus, arbitramur, censemus.“

Quod qui commodule ac libidinosius decreverunt et censuerunt, etiamsi forte verum in iudicium temere inciderint, nimia tamen arsenici vis dosium deminutione repetita nequaquam augeatur, sed manifesto remittat, necesse est, ita, ut ad eam tandem arsenici dosis deminutionem perveniamus, quae a periculo dosium decimae grani partis, quam secta ista pro more praescribit, longissime abhorreat.

„Talis dosis plane novi quid haberet! Quaenam „ea esset?“ —

Novitas nimirum crimen capitale scholarum vanis opinionibus inveteratis et more maiorum nixarum esse videtur, quae sanciti annis usus tyrannidi mentem subiiciunt.

Quaenam tandem lex turpis medicum, quem doctum, ingeniosum, liberum virum, naturae dominum pro arte sua iure esse deceat, quid igitur omnino hunc impediat, ne dosin perniciosam deminuendo mitiget?

Quid eum impediat, quominus, si millesimae grani partis dosin nimis valere usu edoctus sciat, centies millesimam vel decies centies millesimam grani partem propinet? Sin vel hanc saepius nimis potentem esse, usu observaverit, utpote quum in medicina (quae ipsa nulla in re, nisi experientia versatur) omnia investigatione solummodo nitantur atque experientia, quidnam illum prohibeat, ne a soluti grani dilutione millionaria ad billionariam usque descendat? Ubi vero et haec dosis nimia efficiat, quis est, qui propterea, quod grani partem quadrillionesimam vel minorem dederit, eum velit reprehendere?

Jam nunc ineptissimos istos pro inveteratis, cum nutricis lacte suctis, erroribus exclamare audio; „Ha! ha! ha! pars quadrillionesima? haec vero pro nihilo est!"

Cur pro nihilo? Num vel ultima rei divisio aliud, atque eiusdem partes, efficere possit? Nonne hae, in infinitum ipsum deminutae, valeant aliquid? solidi quidquam, totius rei partem, etiam minimam, exhibeant? Ecquae sana hominis mens contradicat?

Quodsi talis dosis grani pars quadrillionesima, octillionesima, decillionesima rei divisae aliquid tamen manet, quod nemo, sana mente praeditus, negare unquam voluerit, cur pars vel tam exigua, quae

quidem aliquid est, nihil omnino valeat, quum tota res tam immensum se praebuerit efficacem? — Verum quid et quantum pars tam exilis polleat, non divinatio ac coniectura sapiens illa vel potius insipiens decernere potest, sed sola experientia hac de re iudicet, necesse est, cui, rebus indubitatis usu et observatione perceptis fultae, non licet repugnare. Neminis, nisi experientia edocti, est, diiudicare, sitne haec pars exigua infirmior facta, quam quae morbos vincat, infirmior, quam quae morbum, huic medicamini omnino accommodatum, tollat mutetque in sanitatem. Hoc doctoris cathedralicii auctoritas nequaquam potest iudicare, sed experientia sola, legitima huius rei iudex, decernat oportet.

At vero iam decrevit experientia et omnes, quicunque ab opinione liberi agnoscere velint, veritatem docet.

Iam quum argutatori isti, qui medicinae homoeopathicae doses parvulas nihili facit, irridet, nec unquam experientiam consulit, satis responderim, vicissim, qui cautionem simulat, homulum, adeo parvas doses perniciosas etiam esse — quamvis non minus temere — exclamantem audio.

Cui quidem paucis verbis respondere licebit,

Arsenici grani pars decima si dosis est saepe perniciosa, nonne, quum millesimam tantum partem dederis, mitigabitur? Quae si ita sunt, nonne ista dosis prouti iterum iterumque eam deminueris, mitior etiam fiet? —

Quodsi arsenicum (ut alia quaevis naturae fortioris medicina) non, nisi deminuendis dosibus, ita mitigari optime potest, ut non amplius hominis vitae noceat, experimentis tantummodo opus est, quibus inveniatur, ad quemnam usque deminutionis gradum

descendendum sit, ut dosis et satis parva fiat ad non nocendum, et satis magna tamen ad morbos congruos omnino sanandos.

Ab experientia igitur sola, non temeraria doctoris cathedralicii opinione, non hominis ignari, omnis experientiae expertis atque scholarum asseclae angustia animi iudicium proficiscatur oportet, quaenam vel talis praeter modum validi, quale arsenicum se exhibuit, medicamenti dosis tam parva sit, ut sine periculo propinari possit, nec exilior fiat, quam quae omnem illam in morbos habeat vim, quam ut istud (modo satis moderatum et iusto loco electum sit, tam salutare) remedium pro natura sua exhiberet, deus benignissimus voluit. Ita arsenicum solutum diluendo dosique deminuenda mitigetur, necesse est ut vir quam fortissimus a morbo, cui medicamen congruit, tali portione omnino possit liberari, quamvis eadem debilior sit, quam quae pueri sani valetudinem notabiliter offendat *). Haec est qnaestio gravissima, illa, quam sustinere is tantum potest, qui mille experimentis edoceri conatur, non iste, cui divinare, temere

*) Medicina, quae lege curationis homoeopathicae electa est, i. e. quae morbum, malo, cui medendum est, quam simillimum ipsa gignere potest, nullam nisi aegrotantem organismi partem, ergo adfectissimam quamque atque summe irritabilem, offendit; quamobrem dosis eius ita deminuatur oportet, ut aegrotam istam corporis partem paulo plus, quam morbus, afficiat, cui rei portio minima sufficit, tam parvula, quae valetudinem sani hominis, qui partibus per medicinam tam irritabilibus, uti necesse est, omnino caret, mutare seu alienare omnino nequeat, — id quod tantum maiores medicaminum doses efficere possunt. Conf. Organon d. Heilk. §. 306 et Diss. de ingenio artis medendae homoeopathicae in huj. operis Vol. I. pag. 9.

statuere et opinari veritatem, propositum est, vanis scholae dogmatibus addictus argutator.

Nulli profecto sanae mentis medico, medendi rationi suae scriptos fines agnoscere, licet, quos schola, veteratis opinionibus nixa, veritatem prudenter nunquam experta, constituere conata est. Etenim suum est, sanare homines aegrotantes, et ut innumeris, quae in terrarum orbe exstant, rebus salutaribus tanquam curationis instrumentis libere uteretur ipse, deus, summus vitae humanae servator, voluit, nulla earum excepta. Ergo hic, cuius est, vincere morbum, qui corporis humani exstinctionem minatur, atque vitam quasi regenerare (id, quod plurimis ceteris hominum operibus maxime praedicatis, maius est), natura universa, quanta quanta sit, cum omnibus rebus ac viribus libere utendi habeat copiam, necesse est, ut regenerationem illam perficiat; at vero eidem ipsi, ut eam rerum illarum quantitatem, sive minima, sive maxima sit, atque eam formam, quamcunque consilio quam convenientissimam esse, cogitando atque experiendo invenerit, utatur, utique permittendum iisque omnibus quidem liberrime, uti virum decet liberum, qui omni, qua opus est, cognitione imbutus, divino quasi atque religiosissimo animo in servandam hominum vitam incumbit.

A quo officio pietatis omniumque sanctissimo, quicunque animi et ingenii dotibus aut ulla, qua opus est, disciplina, cultissimove humanitatis ac misericordiae sensu, i. e. virtute vera caruerit, procul esto. Jam abeat profanum vulgus, quod salutis humanae curam non, nisi simulat, cui animus fraude plenus, pectus levitate temeraria imbutum est, cuius manus perniciem parant!

* * *

Symptomata infra sequentia a dosibus magnitudine diversis in hominibus irritabilitatis diversae exorta sunt.

Ad morbos more homoeopathico sanandos doses arsenici albi quam minimas plane sufficere, experimentis innumeris edoctus sum. Namque guttae, quam dilutione grani decillionaria depromseram, partem parvulam ad sanationem plerumque aptam esse, inveni. Quae dilutio ut perficiatur, arsenici albi pulverati unum granum una cum aquae destillatae drachmis senis mensuratis in lagena vitrea, paulo longiori, fundi tenuis, supra candelae flammam ad perfectam solutionem usque coquitur, suppleta aqua quae interim evaporata est, tum puri spiritus vini quantitati (drachmis senis mensuratis) bene admiscetur, inde copiae totius guttis numeratis, liquoris, e partibus aequalibus aquae et spiritus vini (octoginta circiter graduum) miscendo confusi, tanta copia guttatim solutio arsenici adaugetur et adaucta quatitur, ut tota mille guttas contineat. Ita liquoris huius quaevis guttula grani arsenici parte millesima infecta est. Quarum guttarum denae vasculo vitreo, quod nonaginta spiritus vini guttas iam continet, instillatae tumque rite quassatae, dilutionem praebent, cuius guttis singulis arsenici grani pars decies millesima inhaeret, quod vasculi signo inscribendum est. Exinde dilutio facilius procedit. Vasculo adhibito vitreo, ad mensurandum idoneo, quod ad lineam usque, pyritae ope notatum, calore modice temperato centenas spiritus vini guttas continet, lagenulis vitreis viginti octo, quae deinceps collocata sunt, singulis guttarum talium centenae affunduntur tumque embolus quam aptissimus inseritur. Jam vero in primum vasculum ex illa dilutione gutta, quae arsenici grani parte decies millesima imbuta est, instillatur, spiritui vini quas-

sando admiscetur et vasculum ipsum $\frac{1}{1000000}$ seu $\frac{1}{}$ inscribitur. Ex qua dilutione nova in vasculum alterum deinde gutta additur et, postquam cum spiritu vini quatiendo commixta est, signum vasculo inhaerens $\frac{1}{100000000}$ seu $\frac{1}{100}$ I inscribitur. Ita ex antecedenti vasculo in id, quod sequitur, gutta addi, tum in unoquoque liquor fortiter quassari et vasculnm, priusquam ex eo in narthecium sequens nova gutta instilletur, inscribi pergitur. Quo fit, ut vasculum ultimum eam, quä opus est, arsenici soluti dilutionem, ($\frac{I}{X}$) contineat, de qua guttulae unius, grani parte decillionesima imbutae, ut dixi, minima *) tantum parte pro dosi uti, opus erit.

Medicus prudens, qui curationi homoeopathicae inservit, ne tam parvam quidem arsenici dosin ante propinabit, quam, symptomata eius morbis qui curandus est, signis diagnosticis quam maxime respondere, persuasum habuerit; quibus si respondent, sanatio non succedere non poterit.

Quodsi unquam humani animi debilitate acciderit, ut medicus non satis apte arsenicum elegerit, pro natura symptomatum aut Ipecacuanhae dosis parvula, semel vel bis repetita, aut minima nucis vomicae seminum portio molestiam levem exstinguet.

---

*) Ut guttae pars tam parvula accipiatur, qna de hoc ceterisque medicaminibus plnrimis ad morbos lege homoeopathica sanandos pro dosi opus nobis est, globulos subtilissimos ad magnitudinem papaveris seminum (e saccharo et amylo) conficere dulciarius iubetur. Quorum uno in sinistrae manus vola imposito, manu dextra vasculum vitreum, quod medicamen dilutum coutinet, invertitur, ut emboli pars interna madefiat, cui tum propius admotns globulus ille medicamento tingitur et postea, cultelli apice sublatus, pulveri intermiscetur, quem siccnm, si mitissimam, sin vero fortiorem vim habere volueris, aqua propines madefactum.

(Quae e maioribus arsenici dosibus redundare solent, phaenomena venefica minime huc pertinent. Kali inter oleum quassando mixti atque hepatis sulphuris calcarei soluti ingestione, nec non crebriori lactis pinguioris potu, quam possunt, optime tolluntur, symptomata vero, quae inde restiterint, nervosa, remedio alio, ad medicinae homoeopathicae legem aptissimo, delebuntur.)

Maioris dosis vis per quatuor vel sex usque hebdomades durat, minorum atque minimarum vero eo breviori tempore, post diem decimum quartum vel sextum exspirat.

Arsenicum. *)

Vertigo, inniti cogens, dum oculi clauduntur, quavis vespera **) (*H.*)

Vertigo inter sessum. (*H.*)

Vertigo insignis cum nausea vomituriente inter decubitum, truncum erigere cogens eoque levata.

Vertigo; inter trunci erectionem mentis abolitio.

5. Vertigo nulla, nisi inter eundum, quasi in latus dextrum casurus sit (post hor. nonam et dimidiam.)

Inter eundum in aëre libero tantae in capite, maxime in fronte, stupiditatis atque vertignis, quasi ab ebrietate, sensus, ut ultro citra titubet omnique momento, ne labatur, metuat (post hor. nonam et dimidiam.)

Memoriae abolitio; ad obliviscendum proclivitas (*H.*)

Stupiditatis atque debilitatis in capite sensus; circa meridiem (p. hor. trigesimam.) (*H.*)

Inter eundum in aëre libero in capite stuporis sensus, in cubiculum redeundo auctus (p. semihoram.) (*H.*)

---

*) Cuius in viribus indagaudis, qui operls huius auctorem adiuvere, virorum nomina haec sunt: Ch. Aug. Baehr, — Fr. Hahnemaun, — C. G. Hornburg, — Chr. Fr, Langhammer, — Fr. Meyer, — E. Stapf. — Nota interpretis.

**) Febris igitur intermittentis more rediens. Cuius generis symptomata, febris instar repetentia, plura ex arsenico arsenico oriri solent; cont. 105. 152. 351. (216.)

10. A doloribus tanta capitis debilitas et cordis deliquescentiae atque infirmitatis in scrobiculo sensus, ut magnopere aegrotet femina (*H.*)
Sensus in capite obtusus, sine dolore (*H.*)
Post somnum stuporis in capite sensus; (inde ab hora undecima antemeridiana ad sextam vespertinam usque) — in capite stupiditatis sensus dolorosus, quasi somno non satiatus esset homo (*H.*)
Inquietudo interna et capitis stupor, qualis ex immodicis negotiis nimis propere perficiendis oriri solet (p. biduum) (*H.*)
Caput stupidum et turbidum, quasi a coryza insigni et summa morositate (*H.*)

15. In capite gravitas insignis cum aurium susurro, in aëre libero evanida, in cubiculum redeundo statim reducta (p. hor. decimam sextam.) (*H.*) *)
Caput grave atque turbidum, surgere impediens, decumbere cogens (*H.*)
Mane iam inter surgendum e lecto hemicrania, ut a conquassatione (p. hor. duodecimam.) (*H.*)
Quotidie tempore pomeridiano per horas aliquot infra suturam coronalem capitis dolor trahens (*H.*)
Quasi pondere deprimatur cerebrum, gravitas capitis insignis, cum susurro aurium, mane post surrectionem e lecto (post nychthemerum) (*H.*)

20. Capitis gravitas cum dolore premente, mane (p. hor. septuagesimam secundam) (*H.*)
Caput obstupefactum. quasi a frontis percussione (*H.*)
Noctu (hora secunda) sudore erumpente in capite dolor ut a percussura (acute et duriter pulsans) quasi cranium disrumperetur. (*H.*)
Capitis dolor pulsans in fronte, paulo supra nasi radicem (p. semihoram) (*H.*)
Hemicrania obtusa, pulsans supra oculum usque (*H.*)

---

*) Conf. 415.

25. Inter motum sensus, quasi cerebrum moveatur et cranio intus impingatur (*H.*)

Capitis dolor volaticus, arctans supra oculos (*H.*)

Quasi tensivus capitis dolor (*H.*)

Dolor capitis e gravitate atque lancinatione compositus cum languore dormituriente diurno (p. diem quartum) (*H.*)

Capitis dolor externus, quasi a contusione, tactu adgravatus (p. hor. tertiam); vel a capillorum tactu dolor (*H.*)

30. In occipitis tegumentis, quasi capillorum radices moveantur, formicatio (p. horam primam) (*H.*)

Inter motum dolor vehementer pulsans in fronte.

In toto capite, maxime in fronte, quum erigitur in lecto, cephalalgia insigniter pulsans, cum vomituritione.

Cephalalgia premens stupefaciens, maxime in fronte (p. hor. secund.) — et dolor premens in temporis dextri regione, utrumque quavis situ (p. hor. tertiam.)

Capitis dolor premens stupefaciens (maxime in fronte) cum punctiunculis in sinistri temporis regione, haud procul ab externo oculi cantho, inter eundum et standum, sessu evanidus (p. hor. secundam et dimidiam.)

35. In occipite dolores lancinantes.

In sinistro frontis latere tnberculum parvum, doloris mordacis, per dies octo (post nychthemerum).

Oculi cavi, facies flava (*H.*)

In oculis dolor trahens et in palpebris vibratio (*H.*)

Dolor premens supra palpebram sinistram et in bulbi sinistri oculi dimidio superiore, sursum suspiciendo adgravatur (p. hor. primam et quadrantes tres) (*H.*)

40. Circum oculos et in tempore, quasi ab innumeris acubus candentibus, pruritus (*H.*)

In oculis ardor (*H.*)

Prae lacessente quasi titillatione in oculis recte videre nequit (*H.*)

In oculo sinistro vulsio (*H.*)
Palpebrarum superiorum tremor continuus, cum lacrymis (*H.*)

45. Noctu infra oculum dextrum per horam dolor premens cum anxietate, e lecto surgere cogente (*H.*)
Palpebrarum margines inter motum dolent, quasi a siccitate et oculorum bulbos atterunt (inter eundum in aëre libero) (*H.*)
Quasi ab arenula, in sinistro oculo pressio (p. hor. secund.)
In oculis aqueis pruritus, mane lemae aliquantum.
In utroque oculo pruritus mordax exedens, ad fricandum invitans (p. hor. tertiam et quadrantes tres.)

50. Lacrymatio insignis, assidua oculi dextri (a die secundo ad decimum usque).
Sub oculo sinistro tumor non dolens, oculum ex parte claudens, mollissimus (p. diem quintum.)
P u p i l l a e c o n t r a c t a e (p. horam primam et quadrantem, quintam.)
Palpebrae sponte comprimuntur; lassitudo.
In nasi ossibus punctus (*H.*)

55. Facies rubra, tumida, cum tumore labiorum.
In toto capillitio eruptio pustularum, inter fricatum et tactum, ut ab apostemate, dolentium, et totius omnino capillitii, quasi sanguine suffusi, dolor (p. hor. undecimam et dimidiam.)
In capillitio toto pruritus exedens, scalpere cogens (p. hor. octav.)
Ut ab ulcere dolorosus pruritus, ad scalpturiendum invitans, in toto capillito, quod ubique, maxime in occipite, quasi sanguine suffusum sit, dolet (p. hor. octavam et dimidiam.)
In sinistro bregmatis osse, in capillitio, pustula crustosa, fricare cogens et inter fricatum, ut ab apostemate, dolens (p. hor. septimam.)

60. Pustulae duae maiores intra supercilia, scalpere cogentes serumque sanguineum fundentes, postridie pure repletae (p. hor. secund.)

In tempore sinistro pustulae, fricare cogentes, serum sanguineum exsudantes et post fricatum, ut a vulnere, dolentes (p. hor. tertiam)
In aure externa ardor, vesperi (p. hor. quint.) (*H.*)
Aurium dolor externus, crampo similis (*H.*)
In aure punctus (mane) (*H.*)

65. Auditus difficilis, quasi ab obturatione aurium (p. hor. sexagesimam.) (*H.*)
Inter deglutiendum sensus, quasi quid intus aurem praecludat, veluti aure obturata (*H.*)
Aurium susurrus inter quemvis dolorum accessum *) (*H.*)
Quasi a campanis, toto capite susurrus (*H.*)
I n m e a t u a u r i s d e x t r a e t i t i l l a t i o s u a v i s, a d f r i c a n d u m i n v i t a n s (p. hor. tertiam et quadrantem.)

70. Formicatio grata in utraque aure interiore, per dies decem (p. hor. decimam quintam.)
Auris dextrae tninitus (inter sessum (p. hor. primam et quadrantem.)
In labio ulcus exedens, vesperi post decubitum et interdiu inter motum doloris lancinantis et mordacis, ut a sale insperso, maxime tactu et in aëre libero; somni inde impedimentum et experrectio nocturna (p. diem decimum quartum.) (*H*)
Quasi ab acubus innumeris ardentibus, pruritus in labio superiori sub nasum usque; postridie supra rubedinem labii tumor (*H.*)
Post pastum labium inferius sanguifluum (p. hor. primam et quadrantem, quintam.)

75. Circa os cutis rubra, ut herpete (*H.*)
In labiis, in ruboris margine exanthema sine dolore (p. diem quartum decimum.) **) (*H.*)

---

*) Arsenici potissimum est, inter dolorum impetum dolores alios efficere; conf. 416.

**) Hoc exanthema, quamvis serius hic observatum sit, inter primae classis vires tamen referendum est et medicinae homoeopathicae lege in aegroto homine exanthema simile cito tollit, modo ne morbi symptomata iis arsenici male congrua sint.

In altero labii superioris latere vibratio quaedam arctans, maxime inter obdormiscendum *) (*H.*)
Linea fusca corrugatae, quasi adustae fere cuticulae per labii inferioris rubri medium tracta (*H.*)
Dentium dolor continuus in tempora usque vulsorius, sessu in lecto levatus vel sublatus (p. diem octavum.) (*H.*)

80. In gingivis punctus (mane) (*H.*)
D e n t i u m   p l u r i u m   d o l o r   (i n   g i n g i v i s), q u a s i   v a c i l l e n t   e t   c a s u s   e o r u m   i n s t e t, manducando nequaquam auctus (p. hor. primam) (*H.*)
Dentium dolor, quasi vacillent, cum vacillatione et quasi a vulnere sensu doloroso sponte et magis adhuc a morsu; gingivae tactu dolent, bucca eiusdem lateris tumescente (*H.*)
Dens vacillans et prominens (mane); gingiva circa eum, magis autem buccae pars, quae proxime dentem est, externa tactu dolet; dentibus compressis dolor nullus (*H.*)
In dentis canini gingiva dolor noctornus (lancinans), dum in latere affecto decumbitur, intolerabilis, fornacis calore exstinctus; proximo mane nasus tumet et tactu dolet **) (p. diem tertium) (*H.*)

85. Exspuitio crebra.
In ore siccitas immanis et sitis intensa (*H.*)
In faucibus siccitatis sensus, iterum iterumque bibere cogens, potu denegato immensum auctus, perinde ac si emoriendum ei siti esset (*H.*)
Sapor in ore ligneus — siccus (*H.*)
Adipsia, sitis nulla ***) (*H.*)

---

*) Hae vulsionum species, inter obdormiscendum ab usu arsenici profectae, crebro observantur; conf. 371. 372. 373. 374.

**) Vera arsenici symptomata calore externo sedari solent 288. 289.

***) Effectus rarior cum crebriori illo alternans, unde continuum potulentorum desiderium impotentissimum oritur

90. Siccitatis in ore summae sensus cum siti intensa, crebra, quamvis uno impetu parum bibatur.
Sitis intensissima, decima quavis minuta aquae frigidae multum bibere cogens, mane ad vesperam usque, non vero noctu.
In velo palatino aspritudinis sensus diuturnus (p. hor. decimam.)
Os et fauces muco obducuntur (p. hor. secundam) (*H.*)
Linguae in apicis latere erosio, cum dolore mordaci (p. diem decimum quartum) (*H.*)

95. Veluti sapor omnino quasi deletus, lingua igne adusta penitus atque stupere videtur (*H.*)
Quasi vesiculae ardentis doloris linguae insideant, sensus (*H.*)
Quasi muci conglobati, in faucibus sensus cum sapore sanguinis (*H.*)
In posteriori veli palatini parte rasionis sensus extra deglutitionem (p. h. secundam) (*H.*)
Sapor in ore acidus, etiam escarum (*H.*)

100. Sapor in ore putrido foetidus (*H.*)
Mane carnis putridae in ore sapor (*H.*)
Sputum pituitae *) viridis, amarae; salivae amarae sputum (*H.*)
Ciborum omnium aversatio, pastum dissuadens (*H.*)
Appetitus nullus, verum ciborum inter pastum sapor gratus (*H.*)

105. Inter saporem ciborum integrum in faucibus post pastum amaror, altero quovis die (febris tertianae more) (p. hor. secundam) **) (*H.*)
Post pastum sapor in ore amarus (p. h. tertiam, quadragesimam ostavam) ***) (*H.*)

---

nec tamen, nisi pauculum, quamvis creberrime (rarius multum uno haustu bibitur. conf. 90. (219. 220.)

*) Procul dubio nihil aliud, nisi quod e pharynge per screatum eiicitur.

**) Conf. 1.

***) Effectus cum 108. 109. alternans.

Posr pastum ructus amari et pituitae subviridis, amarae regurgitatio (*H.*)
In ore ieiuni amaror (*H.*)
Ciborum sapor salinns (*H,*)

110. Ciborum sapor parum salsus (*H.*)
Sapor cerevisiae fatuus (*H.*)
Cerevisiae e polenta aëre tosta confectae sapor amarus (*H.*)
Coffeae appetentia insignis (*H.*)
Fames ac ciborum appetitus deletus ad decem dies.

115. Appetentia acidorum.
Nausea vomituriens crebra simul cum sapore oris dulciculo, non ita post pastum (*H.*)
Nausea vomituriens magis in faucibus cum salivae in ore affluxu (*H.*)
Extra cubiculum in aëre libero vomituritio (*H.*)
Nausea vomituriens diuturna, quasi a propensione in syncopem cum tremore atque calore corporis totius, horrore subsequo (p. hor. aliquot) (*H.*)

120. Nausea et vomituritio, decumbere cogens, ante meridiem, cum lancinatione circa malleolos et in dorso pedum *) (*H.*)
Infans **) post pastum ac potum vomit neque amplius inde, aut edere, aut bibere vult; verum tamen bene dormit (*H.*)
Verminatio (hora quarta pomeridiana); — salivae ex oesophago et ore aqueae ad effluxum irritationes incompletae — id, quod v e r m i n a t i o dicitur, paulo ante prandium et post id, cum nausea vomituriente (p. diem quintum) (*H.*)
Ructus crebri, inanes (*H.*)
Ructus post prandium acidi (p. diem sextum) (*H.*)

---

*) Symptomata non ita gravia (conf. 131. 248. 432.) et phoenomena ceteroquin levia (339. 347.), quae subitaneum atque plenum virium lapsum efficiunt, ab arsenico potissimum, pro natura eius singulari, proficiscuntur.

**) Lactens nimium, cuius mater, arsenico assumto, a morbo erat liberata.

125. Eructatio frequentior, inanis (p. semihoram.)
Post pastum singultus creber, secunda semper eructatione (. hor. tertiam.)
Inter sessum nausea vomituriens cum liquoris aquosi in ore confluxu copioso, ut a verminatione; inter eundum in aëre libero nausea vomituriens evanescit et excrementorum pultaceorum multum decedit (p. hor. septimam et dimidiam.)
Post pastum quemlibet statim vomitus, sine nausea vomituriente.
Inter erectionem in lecto statim deliquescentia immanis, nausea vomituriens et crebrius citus vomitus.

130. Vomitus immanis, aegerrime citus, potulentorum, pituitae e flavo viridis et aquae, cum sapore oris amarissimo, post vomitum diu restante.
Horae quadrante post ientaculum et post prandium per horas tres dolor in ventriculo premens cum eructatione inani et nato inde corporis languore, nauseam vomiturientem gignente (*H.*)
Hora, qua febris instat, singultus diuturnus (*H.*)
Post pastum in cardia atque oesophago pressio, tanquam cibis super incumbentibus; postea ructus immanes (*H.*)
A loquela in anteriore ventriculi parte pressio (p. hor. quatrandem) (*H.*)

135. Supra scrobiculum pressio dura (statim) (*H.*)
Cardialgia immanis (*H.*)
Dolor ventriculi spasmodicus, horis post mediam noctem duabus (*H.*)
A pastu circa ventriculum dolor premens intolerabilis, non statim post pastum, sed serius demum perceptus (*H.*)
Dolor rodens *) er quasi ab avis rostro tundente

---

*) Conf. 432.

(subtiliter et acute pulsans) in scrobiculo, cum tensionis sensu (*H.*)

140. In scrobiculo angor, sursum adscendens, per noctes (*H.*)
Vesperi ciborum nausea cum plenitudinis sensu et a pastu ventriculi dolore (*H.*)
In ventriculo, velut a lapide, dolor.
In epigastrio plenitudo cum torminibus uti forcipe prementibus.

145. Post pastum summa abdominis distentio, sine dolore, dorsum reclinare (in sellam) cogens eoque levata (*H.*)
Post pastum oscitatio et languor, decumbere cogens atque dormire (*H.*)
Vestibus calefieri nequit prae continno frigore interno in regione epigastrii, quamvis inter tactum calidi *) (*H.*)
In dextro abdominis latere pressio ruens.
In abdomine, quasi a flatuum copia, borborygmi, absque tamen dolore (p. hor. primam) (*H.*)

150. Tormina circa umbilicum (p. h. secundam) (*H.*)
Crebrius a scrobiculo in intestinum rectum usque ictus spasmodicus, concutiens (*H.*)
Omni mane inflatio et post horas aliquot flatuum demum eruptio (p. diem quartum decimum) (*H.*)
Vespere post decubitum sensus in abdomine spasmodicus et uti forcipe premens cum sudore; postea flatuum eruptio et inde sedes plane diarrhoica **) (*H.*)
Vesperi post decubitum, in lecto, et mane post surrectionem tormina gravia, arctatim secantia intestinorum, interdum per annulum etiam abdominalem (quasi herniam protrusura), immo in funiculum spermaticum et perinaeum usque

---

*) Conf. 208.

**) Multa arsenici symptomata non, nisi vespere post decubitum, alia paucis horis post mediäm noctem, multa mańe post surrectionem, aliquantum eorum numerum post prandium oriri observavi.

micantia; colica hacce remittente, in abdomine borborygmi sonori (*H.*)

155. In latere sinistro infra costas breves punctus lancinantes, paulo post decubitum, vesperi (p. h. tertiam.) (*H.*)

In latere abdominis, infra costas ultimas dolor sponte sua disscindens, maxime vero tactu adgravatus (*H.*)

Omni mane tantum, tormina uti forcipe prementia, in dolorem disscindentem invalescentia, in imo hypogastrio, et ante sedes diarrhoicas et inter eas, etiam post sedes singulas durantia, quamvis ad eas non cogent (*H.*)

Mane, primum borborygmi in abdomine vehementes, deinde dolor intestinorum secans et contorquens, postea diarrhoea ter repetita (*H.*)

In abdomine dolor ardens, circa meridiem et post eam, alvo deposita evanidus (*H.*)

160. In inguine ardor.

Post palpitationem cordis in abdomine borborygmi ac dolor intestinorum uti forcipe premens et contorquens tum ante sedem liquidam, tum inter hanc.

Cacaturitio irrita (*H.*)

In ano unam per horam ardor, post sedem duram, nodosam evanidus (*H.*)

Ardor et dolor in intestino recto et ano cum pressione assidua, tenesmo quodam ut in dysenteria (*H.*)

165. Post alvum depositam languor summus et ardor in intestino recto cum tremore omnium artuum (*H.*)

Inter dolores summos pressio et impetus spasmodicus versus intestinum rectum, ani prolapsum gignens (p. hor. septuagesimam secundam) (*H.*)

Excrementa repente, flatuum modo, nolenti decedunt (*H.*)

Excrementa sanguine seroso tincta (*H.*)

Inter tenesmum evacuatio frustorum pituitae, cum dolore disscindenti in ano et ut ab haemorrhoidibus coecis (*H.*)

170. Post tormina sedes cum tenesmo parvae, primum excrementorum e fusco viridium, tum pituitae e fusco viridis (*H.*)

Alvi constipatio (*H.*)

Alvi obstructae et diarrhoeae vicissitudines; crebro paulum liquoris aquosi flavi excernitur, secundo tenesmo, quasi plus decessurum sit, et torminibus circa umbilicum dolorosis.

Eruptio flatuum, foetoris putridi (p. horam undecimam.)

In perinaeo pruritus exedens, scalpere cogens (p. semihoram.)

175. In ano varices haemorrhoidales doloris pungentis inter sessum et itum, extra sedem (*H.*)

In ano varices haemorrhoidales, doloris, maxime noctu, ut ab igne, ardentis, *) somnum impedientes; interdiu dolor gravior, in punctus vehementes degenerans, inter itum vehementior, quam inter sessum vel decubitum (*H.*)

Haemorrhoides caecae cum doloribus lente pungentibus, velut ab acu calida (*H.*)

Inter alvum exonerandam constrictio dolorosa paulo supra anum, ad os sacrum versus (*H.*)

Post mictum summi in epigastrio languoris sensus tremorem gignens (*H.*)

180. Inter mictum in inguine sinistro dolor constringens (*H.*)

Mictio involuntaria; antequam matulam assequatur, urinae, quamvis parvae copiae, decessus (*H.*)

Noctu ad mictum ter, quater surgere debet, et urinae copiam magnam emissionibus singulis mingit, per plures deinceps dies (*H.*)

In vesica urinaria ardor et mingendi nisus, quavis minuta repetitus (*H.*)

---

*) Dolor ardens ex arsenico potissimum nascitur. Conf. 62. 141. 177. 290. 316. 325. 326. 328. 329. — 332. (192. 194.)

Mane in anteriori urethrae parte ardor, micturae initio (p. nychthemerum) (*H.*)

185. Urinae retentio, velut a paralysi vesicae (*H.*)

Urinae paulum excernitur cum ardore inter mingendum (*H.*)

Urina summe turbida (p. diem quintum) (*H.*)

In interiore urethra dolor creber, quasi ab ictibus (p. meridiam) (*H.*)

Micturitio crebra cum copiosa urinae excretione (p. hor. secundam, tertiam, quartam, ac dimidiam, decimam sextam, decimam septimam.)

190. Punctus singuli, vehementes, lenti in utroque pudendorum latere, in inguine (p. hor. tertiam) (*H.*)

Pollutio nocturna sine somniis lascivis, secunda tentigine continua (p. hor. vicesimam.)

Tentigo matutina, sine pollutione.

In pene iuxta scrotum pruritus exedens, scalpere cogens (p. hor. quintam et quadrantem horae.)

Menstruatio praematura et nimis copiosa (*H.*)

* * *

195. (Inter animum in stomachationem pronum) e naribus epistaxis vehemens (p. diem tertium) (*H.*)

Sternutatio immanis, assidua (*H.*)

Sternutatio crebra, sine coryza (p. hor. tertiam, sextam) et cum destillatione (p. hor. undecimam.)

Gravedo cum destillatione coniuncta (*H.*)

A pituita aquosa, e naso effusa, in naribus, quasi a vulnere nascituro, dolor mordax et ardens (*H.*)

200. Destillatio copiosa (*H.*)

Coryza immensa *), cum raucitate et agrypnia (*H.*)

---

*) Nullum fere est medicamen naturae acrioris, quod non

Loquela aspera et raucedo (*H.*)
In bronchiis pituita viscida, quae per tussim difficulter eiicitur (p. hor. quadragesimam octavam) (*H.*)
Pituita, per tussim eiecta, rubro radiata (*H.*)

205. Per screatum pituitam rubro radiatam eiicit, cum nausea vomituriente subsequa (*H.*)
In pectore crudi vulneris sensus (*H.*)
In superiori pectoris parte dolor internus (p. hor. quintam) (*H.*)
Ad vesperam penitus in pectore frigoris sensus, etiam post coenam *) (*H.*)
In pectore dolor tensivus, maxime inter sessum **) (*H.*)

210. In dextra pectoris parte superne punctus, inter respirationem maxime percepti, pressionis instar, in punctionem finientis (p. sesquihoram) (*H.*)
Hora tertia nocturna palpitatio cordis inaequalis, tam vero insignis, ut audire eam videatur, cum anxietate.
Palpitatio cordis immanis, molestissima.
Dum in dorso decumbitur, pulsatio cordis velocior multo atque fortior.
In cordis regione anxietatis sensus.

---

huiusmodi crisin (coryzam insignem, ut alias vomitum, diarrhoeam, sudorem, salivationem, enuresin etc.) in homine sano vel in morbo male congruo interdum gignat, qua, quod nocere vitae possit, removere et quasi exspuere natura nititur et exspuendo magnam, saepe maximam efficaicam ceteram medicamenti (morbum ceterum amedicina profectum) subito delet. At vero hae organismi reactiones, quae ceteram vim medicam exstinguunt, simul sunt symptomata medicinae insignia, et coryza, ex arsenici usu redundans, qualitatibus singularibus multis, quae tamen, ut iam satis accurate observatae sint, multum abest, ab ea differt, quam Magnes, Belladonna, Nucis vomicae semina, Mezereum etc. gignunt.

*) Conf. 147.
**) Conf. notam ad 281.

215. In pectoris parte sinistra punctio vehemens, non nisi inter exspirationem eamque impediens (p. hor. septimam.)

Ardor in dextra pectoris parte ad inguen usque, ubi pressio sentitur.

Post pastum sapor sanguinis, dulcis, cum dolore in faucibus radente et pungente, quasi spina piscis glutita esset, per horae quadrantem; postea cum tussicula laryngea expectoratio sanguinis, initio quasi grumosi, inde nausea vomituriens et duabus post horis angor.

Calor magnus in pectore, infra diaphragma usque.

Tussis matutina vehemens (*H.*)

220. In trachea tota titillatio assidua, ad tussim irritans, etiam extra respirationem (*H.*)

Mane post theae potum (consuetum) tussis brevis; a potu citra sitim hausto tussis, omnino que a p o t u m a x i m e t u s s i s (*H.*)

Noctu, quum tussis accedit, in lecto sedere coactus est; vesperi statim post decubitum tussis, in lecto sedere cogens; inde in scrobiculo et venticuli regione dolor constringens, quo tussis, languorem inducens, sustentabatur (*H.*)

Tussis statim post decubitum (*H.*)

Tussis noctu expergentis ictus fortiores, suffocationem minitantes et colli tumorem gignentes (*H.*)

225. Tussis profunda sicca, brevis, indesinens post mediam noctem (*H.*)

A corporis motu tussis sicca *) (*H.*)

Ex trachea redundans ad tussiculam irritatio, sine expectoratione (p. hor. tertiam et quadrantem horae.)

In coxendice vulsio, secunda tussi sicca, quae procitari ab illa videtur (*H.*)

Inter tussim in capite calor (*H.*)

---

*) Quae crebro respirationem celerrime praecludit.

230. Inter tussim insignem liquoris ex ore effluxus copiosior, ut a verminatione (*H.*)
Inter tussim in abdomine dolor, velut a conquassatione et obtritu (p. hor. secundam), etiam punctus in scrobiculo et in latere primum pectoris, deinde (biduo post) abdominis (*H.*)
Punctus in latere infra costas breves, in hoc latere *) decumbere prohibens (*H.*)
Punctus infra costas et capitis dolor, ut a calore interno, tussi uterque adauctus (*H.*)
In superiori tracheae parte (circa scrobiculum colli) velut a fumo sulphuris hausto, constrictionis sensus tussifer (*H.*)

235. Vesperi, quamvis lente lectulum ingrediatur et caute decumbat, respiratio tamen statim intercipitur cum acutissimo in trachea (constricta) sibilo, quasi chorda tenuissima pulsa sonet (*H.*)
Asthma vespertinum et tussis sicca (*H.*)
Anxietas immanis, quasi totum pectus constringatur, cum angore in scrobiculo (*H.*)
Vesperi summa anxietas et inquietudo cum sensu, veluti pectus censtrictum sit (*H.*)
Respiratio per dies octo difficilis; circa sternum angustia inter inspirationem profundam (*H.*)

240. A quavis tussi statim respiratio tam cita, ut totum pectus constrictum esse videatur (H.)
Tussicula laryngea crebra, brevissima, sicca, a suffocationis in larynge sensu profecta, qualis fumo sulphuris hausto oriri solet (H.)
Infra scrobiculum dolor, respirationem intercipiens (H.)
A stomachatione asthma, et asthma a lassitudine profectum, quale ex angore nasci solet (H.)
(Noctu ac mane) in nucha rigiditas, ut a contusione seu nisu nimio, nec non dolor similis supra coxendices (p. hor. duodecimam) (H.)

---

*) Conf. 226.

245. Colli rigiditas tensiva.
Externus colli tumor, sine dolore.
Circa collum totum, in humeris atque lateribus exanthema quoddam mordax sine colore.
Intra scapulas dolor trahens, decumbere cogens (p. hor. quintam) *) (H.)
Tractio ab osse sacro in humeros usque sursum tendens, una cum punctione in utroque latere, inter motum flatuum in abdomiue, qui, quum erumpere nequeant, sursum quasi nituntur; postea ructus levamentarii (H.)

250. In dorso dolor trahens, ante meridiem (p. diem sextum) (H.)
In dorso dolor sursum atque deorsum trahens (H.)
In dorso dolor et supra scapulas, quasi a contusione ac verberatione (p. diem quartum), nec non in osse sacro (p. hor. quartam) (H.)
Non nisi inter decubitum in latere dextro, in dorsi musculis lateris sinistri glocitationis motus vehementiores (p. hor. tertiam et quadrantes tres.)
In lumbis (circa renes) inter respirationem atque sternutationem punctus (H.)

255. Noctu in lecto dolor lancinans in iunctura cubiti ac manus (p. hor. quartam) (H.)
Nocturnus dolor in brachio eiusdem lateris, in quo decumbitur **) (H.)
In brachio anteriore sinistro, haud procul a manus articulo pruritus exedens, scalpere cogens (p. sesquihoram.)
In manibus formicatio insignis, noctu (H.)
Circa quamvis vesperam ad iuncturam manus dolor trahens (H.)

260. In ossibus manus digitique minimi dolor lancinatim pungens (p. hor. secundam) (H.)

---

*) Vide notam ad 120.
**) Conf. 232.

Dolor inde a digitorum apice in humerum usque sursum et trahens et vulsorius (lancinans) (H.)

In articulis posterioribus utriusque manus digitorum crampus dolorosus (H.)

Inde a mane ad meridiem usque spasmus dolorosus in digitorum apice, in sura atque pedum digitis (p. diem quintum) (H.)

Digitorum torpor, quasi rigidi sint (H.)

265. Digitorum articuli inter motum dolent (H.)

In latere interiori digiti medii dextri pruritus titillans, fricare cogens (p. hor. quiutam.)

Manus frigidae.

In femore dextro, haud procul ab inguine, pruritus exedens, ad scalpturiginem invitans (p. hor. quartam et dimidiam.)

In poplite tensio, quasi tendines nimis breves essent, inter sessum et statum, non vero inter itum (H.)

270. In sura crampus inter eundum, in manu inter motum eius (p. hor. secundam) (H.)

In pedum articulis atque genu non nisi inter motum lancinatio (H.)

Infra genua sensus, quasi crura vinculo ibi coarctata essent (H.)

Velut a narcosi, in cruribus formicatio (H.)

Mane in pede dolor spasmodicus, in dolorem vibrantem et susurrantem transiens (p. hor. nonagesimam sextam) (H.)

275. Dolor in crure, inde a summo ad imum usque deorsum lancinans, insistere, sedere et, cum in lectulo, tum in scammo, decumbere impediens, interdiu ac noctu aut pedem ultro citra vibrare, aut claudicare cogens, nec paululum quidem requiescere patiens, maxime noctu *) (H.)

---

*) Ab usu guttarum febrifugarum quas non ita pridem in Saxonia forficum politores circulantes in vasculis vitreis quadratis vendere rustico solebant, fortissimam, ut inveni, arsenici solutionem continentium.

Punctio lancinans, quasi in periosteo, per femur et crus in hallicis apicem usque deorsum tendens (p. nychthemerum) (H.)

Cubare noctu crebro nequit, pedes ultro citroque vertere aut ambulare levationis causa coactus (H.)

Dolor in pede trahens, motitare eum cogens, et, cautione adhibita, lentius incedere quidem sinens, sed citius ire prohibens (H.)

Post meridiem inter sessum in pedibus vulsio (H.)

280. Inter gressum perversum pedis affecti ictus in ipso, totum crus concutiens, oritur (H.)

In genu latere, non nisi tactu, ut a verberatione dolens locus, quasi musculi ab osse ibi dissideant, inter sessum solummodo, non inter itum *) (H.)

Gravitas, lassitudo et dolor trahens in cruribus cum geniculatione (genuum instabilitate ac debilitate), maxime mane (H.)

Crurum lassitudo (H.)

Tanta pedum gravitas, ut tolli vix possint (H.)

285. Continua pedum frigiditas inter sessum quietum, lecti stragulorum calore vix deleta (H.)

In suris dolor premens (H.)

Sura durior et latior fit inter dolorem intolerabilem, fere crampoidem (at crampo longe graviorem) per sesquihoram, clamare cogentem; pes totus riget nec omnino moveri potest inter frigiditatem et stuporem; in sura tensio et in femore paralysis quaedam remanet (p. hor. quinquadesimam) (H.)

Pedum super suras usque tumor; antea in sura

---

*) Effectus arsenici ille alternans, quo symptomata motu oriuntur aut recrudescunt, multo rarius occurrit, quam hic, quo symptomata inter quietem, (decubitum et) sessum nascuntur vel ingravescunt, statu seu motu mitigantur; quare haec vis alternans ad sanationes, arsenici ope perficiendas, longe illi antecellit. Conf. 209. 275. 277. 278. 279. 297. 321. 322. 323. 337.

dolor lancinans, linteorum calidorum applicatione exstinctus *) (p. diem tertium) (*H.*)
In pedum malleolis tumidis sine rubore, dolor lancinans, calore externo levatus (*H.*)

290. Pedum tumor nitidus atque calidus (in dorso et planta) super malleolos usque, cum maculis rotundis, rubris, doloris ardentis (p. diem tertium); in pedum tumore pruritus (*H.*)
Inter insistendum in superiori pedis parte, in articulo, ut a luxatione, dolor (p. hor. septuagesimam secundam) (*H.*)
In utriusque pedis articulo dolor pungens et lancinans et inter insistendum et eundum punctus ibi oriuntur, quasi a luxatione, lapsum minitantes; in pedum malleolis inter tactum, velut a vulnere, dolor (p. hor. duodecimam) (*H.*)
Dolor lancinans, trahens et vulsorius a pedum malleolis in genua usque sursum tendens (*H.*)
Genuum ac pedum frigiditas cum sudore frigido, ut calefieri nequeant (*H*)

295. Mane inter experrectionem calcium dolor, quasi in lectulo duriori cubuissent (*H.*)
In pedis planta punctus plures (p. semihoram.) (*H.*)
Inter decubitum **) nausea vomituriens cum lancinatione circum malleolos et in dorso pedum (*H.*)
Crebrius in suris et digitis manuum crampus, maxime noctu in lecto (*H.*)
Dolores lancinantes in ossibus, atque in calcibus.

300. Dolor lancinans in sura dextra (inter sessum) (p. hor. undecimam.)
Pede peruerse insistens, dolorem in eo, ut a luxatione sentit.
Pedis dolores motu aucti.
Totum corporis latus sinistrum a dolore obtuso occupatum.

---

*) Conf. notam ad 82.
**) Conf. notam ad 281.

In pede dextro dolores obtusi, quibus fit, ut inter sessum non, nisi manuum ope, tollere illum possit.

305. In pedis dextri pollice pruritus titillans reptans, fere ut in vulnere sanescente, fricare cogens (p. hor. tesquihoram.)

Paroxysmus convulsivus: primum brachia extrorsum convelluntur, deinde mens omnino aboletur; femina, mortuae instar, pallida, quamvis calida, iacet, pollices in pugnum comprimit et pugnos torquet, brachia lente tollit et lente demittit; decem sexagesimis post os rursum versum trahitur, quasi mandibula motitetur, suppressa respiratione; post horae quadrantem uno ictu, totum corpus permicante et brachia pedesque antrorsum convellente, paroxysmus finitur simulque mens omnino redit, sed languor summus restat (*H.*)

Vulsio, quasi vivi quid insit (inter tactum percepta) in singulis musculorum partibus femorum et crurum, cum doloribus in iis spasmodicis, pulsim impetentibus (*H.*)

Brachiorum pedumque tremor (*H.*)

Mane in lecto subitanea vulsio lancinans vel punctio; in ardorem degenerans, in pollice vel hallice (*H.*)

310. Vesperi in lecto dolor trahens in digito medio manus atque in pede (p. diem septimum.) (*H.*)

Sensus inde ex abdomine ad caput sursum trahens, ubi micans et magis etiam lancinans dolor, ictu simplici vel duplici lancinans (p. diem octavum) (*H.*)

In artubus sine inflammatione dolores arthritici (*H.*)

In artubus aegrotationis sensus immense dolorosus, ingratissimus (*H.*)

Omnium membrorum dolor, sive itur, sive cubatur; totius corporis cutis dolor externus (*H.*)

315. Punctiones supra corpus totum (*H.*)

Hic illic, quasi ab acu candente, punctus lenti (*H.*)
In ossium tubis dolores lancinantes (*H.*)
Dolores nocturni ferri nequeunt, nisi inter ambulandum, inter sessum et maxime inter decubitum quietum intolerabiles (*H.*)
In somno medio dolores noctu sentiuntur (*H.*)

820. Dolor partis affectae vel inter somnum (levem) sentitur, noctuque, maxime ante noctem mediam, identidem expergit (*H.*)
In parte affecta dolor, velut abscessus suppurans se aperturus sit (p. hor. quartam); vel quasi ab exostosi ibi exorta; inter sessum perceptus (*H.*)
Ulcus mane maxime dolens, sub crusta tenui pus fuscum, sanguineum continens, cum punctibus inter sessum singulis, statu levatis, eundo autem maxime mitigatis (*H.*)
Post pastum (prandium) dolores sessu aucti, statu autem atque motu corporis mitigati (*H.*)
Aliorum appellationis, quippe qua dolores immensum augeantur, impatientia (p. semihoram) (*H.*)

825. In ulcere dolor mordax — ardens (*H.*)
In loco affecto, in ulcere, velut a carbone candenti, ardor (*H.*)
Ulcus margines altiores assumit; — sanguinis grumosi, atri multum fundit (*H.*)
Ulcus in crure natum, crusta cana tectum, doloris ardentis marginisque inflammati (*H.*)
Circa ulcus (non in ulcere ipso) dolor, ut ab igne ardens, summo foetore et suppuratione exigua, una cum languore atque dormituritione diurna; — postea in ulcere ipso pruritus (*H.*)

830. In corpore pruritus ardens (*H.*)
Pruritus ardens et post scalpturiginem partis dolor (*H.*)
Pustularum parvarum eruptio in partibus pluribus, etiam in fronte et infra mandibulam, doloris ardentis, paulum prurientis (*H.*)
Inter pruritum ardentem, ut a culicis punctioni-

bus, in manibus intra digitos (qua inter se iuncti sunt) et in abdomine pustularum eruptio albidarum, acutarum, in apice serum includentium, quod post scalpturiginem funditur, pruritu evanescente (*H.*)

In exanthemate tantus ardor, ut prae angore requiescere paene nequeat (H.)

335. Tuberculorum albornm exanthema spissum, non alio, ac reliqua cutis, colore, ad lentis magnitudinem et infra, doloris mordacis, noctu plerumque adgravati.

Vesperi (a sexta inde hora ad octavam usque) summus angor cum pressione in capite vehementi, sudore volatico et anorexia summa (p. hor. centesimam sextam)

Articulorum lassitudo atque dolor, hora ante prandium, inter sessum magis, quam inter itum perceptus (H.)

Tanta eorporis rigiditas, ut movere se nequeat et stare tantum possit (p. hor. septuagesimam secundam) (H.)

Post pastum lassitudo summa (H.)

345. Inter languorem insignem anxia, mentis fere impos, ad nihil animum intendere nisi aegerrime potest, cum titubationis sensu (H.)

Inter morositatem languor; animi hilaritate redeunte, vires auctae (H.)

Post prandium oscitatio immanis cum summa lassitudine (p. hor. centesimam) (H.)

Languor, veluti vires inopia consumerentur (H.)

Manuum ac pedum vires quasi deletae, cum tremoris in ipsis sensu, mane (p. hor. duodecimam) (H.)

345. Decubitus continuus interdiu (H.)

Per cubiculum ambulans, quin humi procumbat, cavere vix potest (H.)

Ab itu minimo statim in genubus languor insignis (*H.*)

Inter surgendi nisum sustinere se nequit; — dum e lecto surgit, humi statim procumbit ab debi-

titatem atque vertiginem, et simul cephalaea adgravescit (H.)
Mane ad lypothymiam propensio cum debilitate anxia (H.)

350. Corporis totius tabes cum sudoribus immensis (H.)
Artuum debilitas paralytica, quotidie hora eadem rediens, febris more (H.)
Firmiter insistere nequit prae paralyseos artuum omnium sensu; — non nisi aegerrime ire potest et cadere metuit.
Languor summus, ut, per cubiculum ambulaturus, humi procumbat; — per plures dies tantus virium defectus, ut surgere vix possit.
Agrypnia cum inquietudine et ploratu (*H.*)

355. In somno blateratio et rixae (H.)
Ab hora inde tertia, post mediam noctem, somno tantum interrupto dormit cum volutatione (H.)
Noctu in lecto agrypnia agitatoria cum sensu reptationis in abdomine (H.)
Inter somnum in dorso decumbitur, manu sinistra caput suffulciente (*H.*)
Vesperi in somno eiulatus (*H.*)

360. Inter somnum in lecto volutatio cum ploratu, maxime circa horam tertiam matutinam (*H.*)
In somno stridor dentium (*H.*)
Oscitatio et pandiculatio, quasi somno non satiatus esset (p. h. secundam et quadrantes tres etiam p. hor. undecimam.)
Somnus inquietus; experrectio summo mane.
Summa dormituritio; post colloquium statim in somnum relabitur (inde a sexto die ad decimum usque.)

365. Noctu in lecto calefieri nequit (*H.*)
Post noctem mediam caloris anxii sensus, cum denudationis desiderio (H.)
Mane in lecto, primo diluculo calor universalis,

faciei sudor et oris anterioris siccitas, sine siti (H.)

Mane in lecto cephalaea obtusa, surgendo evanescens (H.)

Experrectae summa morositas, ut, quo se vertat, nesciat, lecti pulvinaria atque stragula abiiciat, nec adspicere quemquam velit, nec de ullo quidquam audire (*H.*)

370. Vesperi in lecto, paulo ante somnum, respirationis praeclusae in larynge sensus, tussiculam proritans, qualis a fumo sulphuris hausto (H.)

Vesperi post decubitum, somni initio, in artubus vulsio vehemens (*H.*)

Inter somnum manuum ac digitorum motus (*H.*)

Inter somnum capiendum vulsiones (*H.*)

Vesperi inter obdormiscendum vulsiones terrorem gignentes, quasi ictus concutientes in parte affecta, a symptomate leviori in parte remota, ut ab irritatione, a pruritu etc. excitati (p. diem quartum) (*H.*)

375. Statim post decubitum somnia, quasi pedem in lapidem impacturus sit, ex quo genu subito convellitur cum experrectione, quasi ab ictu electrico oriunda (*H.*)

Jam inter obdormiscendum somnia anxia; clamaturus sonum emittere vix potest et super voce, quam ipse audit, expergiscitur (*H.*)

Noctu somnia continua de tonitribus, incendiis, aquis atris et tenebris (H.)

Somniis curae, sollicitudinis ac metus plenis impeditus somnus (H.)

Somnia, curarum ac periculorum plena, quorum e singulis, etiam cum clamore, interdum homo expergitur, in nova, alia somnia relabens (H.)

380. Inter soporem matutinum sonum atque strepitum quemque percipit, quamvis continuo somnians (H.)

Somnia curae plena, ex quibus expergitur et in somnum relabens homo eadem somniat (H.)

Somnia minarum atque metus, vel poenitentiae plena (H.)

Somnia cum intentione animi lassante coniuncta (*H.*)
Inter experrectionem crebram noctu in venis omnibus ardor (*H.*)

385. Somnia luculenta, stomachum moventia (p. hor. decimam nonam.)
Circa vesperam dormituritio et horrescentia, una cum ingrato aegrotationis per corpus totum sensu, ut in febre intermittente, quum paroxysmus omnino vel maxima ex parte evanuit — post biduum eodem tempore recurrens —, post mediam noctem largus sudor femorum prorumpit (*H.*)
Omnium artuum tremor.
Oscitatio creberrima, fere indesinens (p. hor. quadrantem) (*H.*)
Frigus, horror febrilis (*H.*)

390. Post prandium horror (*H.*)
In cute externa, supra faciem ac pedes, frigoris sensus (*H.*)
Post potum frigus et horror (statim)
Febris accessus, per plures dies eadem hora recurrens (*H.*)
Horror febrilis sine siti (statim) (*H.*)

395. Interdiu frigoris multum; post frigus demum sitis et magnus faciei calor vespertinus (*H.*)
Frigus, ut calefieri nequeat, sine siti, cum morositate, et inter loquelam vel corporis motum calor volaticus cum faciei rubore inter frigus ipsum (*H.*)
Inter frigus sitis nulla (*H.*)
Multum et crebro bibit.
Sudor cum siti immensa; semper bibere gestit.

400. Horror post prandium evanidus *) (*H.*)
Quotidie hora tertia pomeridiana frigus cum fame post pastum frigus auctum (*H.*)

---

*) Effectus (rarior) cum illo, longe frequentiore, ex quo symptomata post prandium oriuntur, alternans.

Horror hora quinta pomeridiana semper recurrens (*H.*)
Vesperi paululo ante decubitum horror (*H.*)
Circa vesperam frigus cum frigiditate (*H.*)

405. Omni vespera horror febrilis (H.)
Frigus internum cum calore externo et genis rubris, post meridiem (H.)
Inter frigus pedes frigidi et sudoris eruptio (H.)
Vesperi pedum frigiditas atque frigus, abdomeu ipsum inter tactum frigidum (H.)
Vesperi in cruribus a suris inde ad pedes usque frigus (H.)

410. Aut frigiditatis nimiae toto corpore, quamvis inter tactum nusquam frigido, aut caloris nimii sensus, quamvis in nulla parte, si forte manus volam exceperis, calor tactu percipi possit (*H.*)
Vesperi post decubitum in lecto frigus insigne; — in lecto calefieri nequit, se refrigerium ibi perpessum esse, credit (*H.*)
Inter horrorem febrilem dolor in cruribus lancinans (*H.*)
Extra lectum horror (*H.*)
Inter ambulandum in aëre libero horrores (*H.*)

415. Dum ex aëre libero in cubiculum *) intrat, frigus, tum singultus diuturnus, postea sudor universalis, deinde rursus singultus oritur (*H.*)
Inter dolorem frigus concutiens; post dolorem sitis **) (*H.*)
Horrores febrilss per corpus totum, cum frontis et faciei calore, manuum

---

*) Conf. 15.

**) Ut more arsenici proprio inter doloris paroxysmum aliud symptoma praeterea nascitur (vide not. ad 67) et hic (416) quidem frigus et horror; ita hotror etiam febrilis, ab arsenici usu profectus, doloribus vicissim adiungitur, ut e symptomatibus 412. 432. intelligitur.

vero frigiditate, secunda nec siti nec calore (p. hor. tertiam.)

Tempore pomeridiano tensio atque tractio in artubus; cum horrore in capitis tegumentis, qualis ex pavore repente oriri solet; tum frigus cum cute anserina. Postea ab octava inde hora vespertina ad nonam usque calor corporis, maxime faciei, sine sudore, manibus pedibusque frigidis.

Post calorem febrilem vomituritio (p. hor. quintam decimam) (H.)

420. Calor nocturnus sine siti et sudore *) (H.)

Hora septima vespertina faciei calor unam per horam (H.)

Somni initio, vesperi post decubitum, sudor, somno subsequente evanidus (H.)

Somni initio **) sudor non, nisi in manibus et femoribus, somno subsequente evanidus et inter expergiscendum non amplius restitans (p. hor. sextam) (H.)

Hora secunda nocturna calor auctus, sudor in facie et intra femora, et in epigastrio atque hypochondriis tensio colica, anxietatem gignens (H.)

425 Per totum corpus, ut a vino poto, internus calor et externus, cum siti cerevisiae (p. hor. secundam.)

Calor universalis, anxius.

Sanguis quasi nimis velociter et calide nimis arterias percurrere sentitur cum pulsu parvulo, celeri.

Hora decima vespertina totius corporis calor ac rubor; post calorem sudor.

Semper febrem evanescentem sudor demum sequitur ***).

---

*) Ut arsenici proprium est.

**) Arsenici proprium.

***) Symptoma singulare et nullius fere medicaminis, nisi arsenici proprium.

430. Sudor tribus noctibus repetitus (*H.*)
Sudor nullus nisi in facie, mane inter expergiscendum (*H.*)
Inter frigus febrile et horrorem cum calore auris externae angor et dolor rodens *) in scrobiculo, ut a cibi abstinentia diuturna, cum nausea vomituriente (*H.*)
Febris, altero quavis die recurrens: primo die, hora sexta pomeridiana frigus ac lassitudo cum sensu in femoribus, ut a verberatione, tertio die, hora quinta pomeridiana, primum nisus decumbendi, tum horrores universales sine siti, postea calor sine siti, cum dolore premente frontis (*H.*)
Mane horror, cum calore alternans (*H.*)

435. Ante meridiem sudor, gravitas capitis, strepitus aurium, tremor (*H.*)
Post prandium animus demissus, in melancholiam pronus, cum cephalaea (p. hor. octagesimam) (*H.*)
Pueri inquietudo, morositas atque ploratus (*H.*)
Nullo loco requiescere potest, in lecto ultro citro se versat, ex uno in alterum lectulum transcendere, nunc hic, nunc illic cubare gestit *) (*H.*)
Hora prima nocturna angor immanis cum sensu modo caloris, modo vomituritionis (*H.*)

440. Vesperi post decubitum et post noctem mediam hora tertia (post experrectionem) anxietas ***) (*H.*)
Anxietas hypochondriaca, qualis in hominibus in cubiculo abditis oriri solet, tanquam a superiori pectoris parte proficiscens, sine palpitatione cordis (p. minutas aliquot) (*H,*)
Cordis palpitatio insignis nocturna.

---

*) Conf. 139.
**) Symptoma ex nullo fere alio medicamine tam insigniter nascens.
***) Arsenici proprium.

Frigidus est, friget et plorat, sibi mederi nihil posse et profecto moriendum sibi esse opinatur, languore universali subsequo (*H.*)
Inter lacrymationem et eiulatum pauca ac breviter loquitur.

445. Vesperi in lecto cogitationes anxiae, tristes, v. c. propinquis forsan mali quid accidisse (*H.*)
Propensio in terrorem (*H.*)
Dum solus est, in cogitationes incidit de morbo aliisque rebus levioris momenti, a quibus avocare animum nequit (*H.*)
Anxietas continua, qualis a sceleris conscientia proficiscens, tanquam officio defuisset, quamvis, cui defuerit, nesciat (*H.*)
Hyperaesthesia et nimia animi teneritas; animus abiectus, ad tristitiam et ploratum proclivis, ob minima curis anxiis atque sollicitis agitatus (*H.*)

450. A n i m u s p e r q u a m i r r i t a b i l i s; m i n i m a a e g r e f e r t n e c a l i o r u m e r r o r e s r e p r e h e n d e r e d e s i n i t (*H.*)
Animus irritabilis, ad stomachandum pronus, minima aegre ferens et paene iracundus.
Animis semet ipso male contentus et secum stomachans; se parum egisse, opinatur, propterea semet ipsum acerbissimis opprobriis onerans.
Sensus ingratus; omnium rerum fastidium (*H.*)
Auimus identidem addubitans optat aliquid, at simul voti compos fit, minima quaeque consilium eius ita mutant, ut, quae modo voluit, repudiet (*H.*)

455. Plus poscit, quam opus est; plus edit ac bibit, quam conducit; longius ambulat, quam opus est, ipsiusque vires sufficiunt (*H.*)
Ob minima ad stomachandum propensio (*H.*)
Animus omnibus rebus male contentus, ad reprehendendum omnia paratus; omnium rerum, quasi sint nimis acres nimisqne offendant, colloquiorum quidem, strepitus ac lucis cuiusque impatientia (*H.*)

Animus in trepidationem ae impatientiam pronus (*H.*)

Mane in lecto morositas; indignabundus lecti pulvinos ultro citra iactat, stragula abiicit cum denudatione, neminem adspicit nec audire quicquam vult (*H.*)

460. Vicissitudines animi morosi et animi sereni, placidi; inter animi morositatem neminem adspicit, omnia repudiat vel etiam plorat (*H.*)

Inter corporis et animi debilitarem nihil loquitur, absque tamen morositate (*H.*)

Severitas summa (*H.*)

Primis sexagesimis magna animi tranquillitas atque serenitas, verum semihora post anxietas et inquietudo immensa; veneni vim terribilem fore timet et ultra vivere cupit.*)

---

*) In homine autochiriae cupido, desperante, cuius animi tranquillitas, initio apparens, ad secnndi ordinis affectus arsenici, salutares quidem, referenda est.

Observata aliorum.

Vertigo scotomica*) (*A. Myrrhen*, Misc. N. C. Dec. III. Ann. 91. 10. Obs. 220.)

Sensus atque mentis abolitio, ut, quid sibi accidat, nesciat (*Pyl*, Samml. VIII. p. 98, 105, 108.)

Mente plane alienata in lecto cubat, sonos inarticulatos balbutiens, oculis fixis, sudore frontis frigido, cum corporis totius tremore, pulsu parvo, duro atque velocissimo (*Ebers* apud *Hufeland*, Journ. 1813. Octob. p. 9.)

Memoria perquam labilis per longum tempus (*Myrrhen*, l. c.)

(5.) Mentis debilitas chronica (*Ebers* apud *Hufeland*, Journ. 1813. Sept. p. 48.)

Mentis ac sensuum externorum pariter atque internorum abolitio; nec videt, nec per multos dies loquitur, nec audit, nec intelligit quidquam, et si quid eius auribus acclamatur, circumstantes more hominis ebrii adspicit, qui e somno altissimo expergitur (*Myrrhen*, l. c.)

Deliria subinde repetita (*Guilbert*, Med. Chir. Wahrnehm. Vol. IV. Altenb.)

Immanis in capite gravitas, maxime inter statum et sessum (*Buchholz*, Beiträge z. ger. Arzn. IV. p. 164.)

Oculi rubri, inflammati (*Neue med. chirurg. Wahrnehm.* Vol. I. Altenb. 1778.)

(10) Ophthalmia insignis (*Heun*, in Allgem. med. Annal. 1805. Febr.; — *Guilbert*, l. c.)

Tumor oculorum ac labiorum, (*Knape*, Annal. d. Staatsarzn. I. 1.) etiam palpebrarum. (*Neue med. chirurg. Wahrnehm.* l. c.)

Ardor in oculis, naribus ac ore (*Neue med. chir. Wahrn.* l. c.

Oculi prominentes, lacrymis acribus superfusi, quae genas erodunt (*Guilbert*, l. c.)

Lucis impatientia, fuga lucis (*Ebers*, l. c. Octb. p. 14.)

---

*) Arsenici salutions, naribus hausta, spirando.

Observata aliorum.

(15) Scintillae in visu (*Ebers*, l. c.)
Vultus atrox (*Maiault*, in Samml. br. Abh. f. pr. Aerzte, VIII. 1. 2.) atque torvus (*Guilbert*, l. c.)
Oculi et colli musculi retorti (*Eph. Nat. Cur.* Cent. X. app. p. 463.)
Circumstantes ignorat (*A. Richard*, ap. *Schenk*, lib. VII. obs. 211.)
Femina, cui visus erat obtusior, omnino paene obcaecatur, per aliquantum temporis auditus iacturam facit et in mentis hebetudinem diuturnam incidit (*Ebers*. l. c. Oct. p. 15.)

(20) Scotomia, visus obtenebratio (hora prima) (*Richard*, l. c.)
Visus obtusio diuturna (*Myrrhen*, l. c.)
In fronte tubercula (*Neue med. chir. Wahrn.* l. c.)
Faciei pallor cum oculis cavis (J. G. *Greiselius*, in Misc. Nat. Cur. Dec. I. ann. 2, p. 149.)
Pallor cadaverosus (*Henning* in *Hufel.* Journ. d. pr. Arzn. X. 2.)

(25) Facies livida, decolor (J. *Mat. Mueller*, in Eph. Nat. Cur. Cent. V., obs. 51. et Eph. N. c. l. c.)
Facies lurida, livida, cum maculis ac lineis viridibus atque lividis (*Knape*, l. c.)
In faciei musculis vulsiones (*Guilbert*, l. c.)
Facies ulcerum plena (*Neue med. chir. Wahrn.* l. c.)
Faciei tumor *) elasticus, praesertim in palpebris maxime mane (*Th. Fowler*, medical reports of the effects of arsenic in the cure of agues. Lond. 1787.)

(30) Tumor faciei, lipothymiae, vertigo (*Sennert* prax. lib. 6. p. 237.)

---

*) Inter homines quadraginta octo in tribus.

Observata aliorum.

Totius capitis tumor (*Quelmalz*, Commerc. litterar. Norimb. 1737. heb. 28.)
Ingens capitis ac faciei tumor (*Knape*, l. c.)
Cutis capitis tumor et faciei, oculorum, colli, pectoris, colore naturali (*Knape*, l. c.)
In capillitio et facie pustularum eruptio, doloris ardentis (*Heimreich*, in Actis N. C. II. obs. 10.)
(35) In capillitio ulcerum crusta, digiti crassitudinis, aliquot post hebdomades decidua (*Heimreich*, l. c.)
In capillitio pustulae parvae innumerae, praerutilae (*Vicat*, Observat. p. 197.)
In capillitio ulcera profunda, (*Knape*, l. c.)
Iu capillitio dolor ardens (*Knape*, l. c.)
In capillitio pruritus ardens (*Knape*, l. c.)
(40) Capillorum casus (*Baylies*, in Samml. br. Abh. fr. pr. Aerzte, VII, 2.)
Quae homines loquuntur, non intelligit (*Richard*, l. c.)
Exulceratio circum labia (*Isenflamm - Steimmig*, diss. de remed. suspect. et venen. Erlang. 1767 p. XXVII.)
Labia atro maculata (*Guilbert*, l. c.)
Labiorum ac linguae livor. (*Baylies*, l. c.)
(45) Circa os nigredo (*Alberti*, Jurisprud. medic. Tom. II. p. 527—530.)
Dentium compressio convulsiva cum stridore (*Van Eggeren*, Diss. de Vacillatione dentium. Duisb. 1787.)
Omninm dentium casus (*Van Eggeren*, l. c.)
Lingua alba (*Alberti*, l. c.)
Linguae siccitas (*Guilbert*, l. c. — *Maiault*, l. c.)
(50) Vox tremula (*Guilbert*, l. c.)
Aphonia et mentis abolitio (*Misc. Nat. Cur. Dec.* III. ann. 9. 10. p. 390.)
Saliva sanguinea (*Neue med. chir. Wahrn.* l. c.)

Observata aliorum,

In faucibus ardor (*Richard*, l. c. — *Buchholz*, Beiträge l. c.)
Angina (*Th. Rau*, Acta Nat. Cur. IX. obs. 37.

(55) Angina gangraenosa *) (*Feldmanu* in Commerc. lit. Nor. 1743, p. 53.)
Deglutitio difficilis (*Rau*, l. c.) atque dolorosa (*Neue med. chir. Wahrn.* l. c.)
In oesophago ardor (*Richard*, l. c. — *Knape*, l. c. — *Kopp*, Jahrb. d. Staatsarzn. II. p. 182.)
In oesophago atque ventriculo quidam sensus quasi filum in globum contorquatur (*Richard*, l. c.)
Oesophagus constrictus esse videtur (*Neue Wahrn.* l. c.)

(60) Gulam sibi omnino comprimi nec eam quidquam transire ultra posse, conqueritur (*Alberti*, l. c.)
Sputum salsum, amarum (*Richard*, l. c.)
In ore amaror cum diarrhoea flava (*Morgagni*, de sed. et caus. morb. L. IX. §. 6, 8.
Anorexia cum siti intensa (*Störk*, Med. Jahrg. I. p. 107.)
Cuiusvis cibi nausea invincibilis, ut cibos cogitanti nausea vomituriens oriatur (*Ebers*, l. c. Sept. p. 56.)

(65) Carnium coctarum odoris impatientia (p. hor. quintam) (*Richard*, l. c.)
Angor cum nausea vomituriente (*Alberti*, l. c.)
Singultus creber et ructus (*Morgagni*, l. c.
Singultus convulsivus (*Alberti*, l. c.)
Vomituritio (*Maiault*, l. c.)

(70) Omnium ingestorum vomitus, per plures hebdomades (*Salz. med. chir. Zeit.*)
Vomitus per diem et noctem continuus cum clamore terribili (*Heimreich*, l. c.)

---

*) Ab emplastri arsenicalis, sic dicti magnetici, applicatione applicatione externa.

Observata aliorum.

Vomitus pituitae spissae, vitreae (*Richard*, l. c.)
Vomitus pituitae et bilis viridis (*Alberti*, l. c.)
Inter vomitum de calore (interno) summo atque siti querela (*Alberti*, l. c.)

(75) Insignis ardor internus, sitis et calor, cum vomitu vehementissimo (*Alberti*, Jur. med. III. p. 533.)
Vomitus creber cum metu mortis (*Alberti*, l. c.)
Vomitus pituitae sanguineae (*Neue Wahrnehm.* l. c.), — cruentus (*Kellner*, in Breslauer Samml. 1727.)
Sanguis per os et anum decedit (*Gerbitz*, in Eph. N. C. Dec. III. ann. 5. 6, obs. 137.)
Vomitus vehemens, continuus et diarrhoea (*Morgagni*, l. c.)

(80) Lipothymia cessante, diarrhoea et vomitus (*P. Forestus*, I, XVII. obs. 13.)
Spasmus ventriculi, lipothymiae, tormina vehementissima, vomitus, diarrhoea *) (*Löw* apud *Sydenham*, Opera II. p. 524.)
Vomendi nisus irritus (*Rau*, l. c.)
Ventriculi dolor, nauseam vomiturientem gignens (*Richard*, l. c.)
In ventriculo dolor, quasi totus ad rupturam usque distenderetur (*D. H.*, in *Kopp's* Jahrb. d. Staatsarz. II. p. 182.)

(85) Sensus gravitatis prementis in ventriculo, sine siti atque febre (*Morgagni*, l. c.)
Ingratissimus in ventriculo sensus, quasi a flatibus incarceratis, vomitu atque diarrhoea levatus ille quidem, postea vero magis etiam adgravatus (*Morgagni*, l. c. §. 3.)
Cardialgia vehementissima cum siti (*Buchholz*, in Hufel. Journ. l. c.)
Ardor indesinens magna cum angustatione ven-

---

*) Ab arsenico flavo.

Observata aliorum.

triculi atque pectoris (*Borges* in *Kopp's* Jahrc. l. c. p. 222.)
Quasi a pondere, dolor premens et ardor in ventriculo (*Morgagni*, l. c. §. 6.)

(90) Ut ab igne ardor in ventriculo (*Richard*, l. c.)
In scrobiculo ardor (*Buchholz*, l. modo citato.)
In ventriculo dolor exedens, rodens (*Richard*, l. c.)
Hypochondriorum atque ventriculi distentio et inflatio, antequam alvus deponatur (*Richard*, l. c.)
Querela de angore circa scrobiculum ineffabili atque lamentatio, sine abdominis distentione vel dolore (*Morgagni*, l. c.)

(95) Circa scrobiculum summi angores (*Morgagni*, l. c., — *Bernard Verzasch*, Obs. med., obs. 66. — *Joh. Jacobi*, Acta N. C. VI., obs. 62.)
Circa partem dextram epigastrii dolor vehementissimus (*Morgagni*, l. c.)
Dolor circa dextram partem epigastrii et iuxta in lumborum regione, unde nunc per hypogastrium, nunc in latus scroti dextrum ed ad inguen usque tendit, colicae renalis ad instar (quamvis urina videatur naturalis) (*Morgagni*, l. c.)
Icterus (*Maiault*, l. c.)
Cholera (*J. P. Wolff*, Acta Nat. Cur. V, obs, 29.)

(100) Angor cum querela de sensu dolorifico, quasi pectus ab abdomine secando seiunctum sit (*Alberti*, Jurispr, med. T. IV. p. 259.)
In ventriculo atque intestinis dolores pungentes et exedentes (*Quelmalz*, l. c.)
Abdomen immense tumidum (*Eph. Nat. Cur.*, l. c.)
Abdominis distentio ac dolor (*Mueller*, l. c.)
In toto abdomine sensus ingratissimus (*Morgagne*, l. c.)

Observata aliorum.

(105) Tormina vehementia cum angore tanto, ut requiescere nusquam possit, humi se volutet et vitae desperet (*Pyl*, l. c.)

Inter anxietatem in abdomine febris ac sitis (*Morgagni*, l. c.

Dolor lancinans atque disscindens in abdomine, pedibus manibusque gelidis et sudore faciei frigido (*Alberti*, l. c.)

In abdomine dolor ardens, pungens et disscindens (*Buchholz*, Beiträge, l. c.)

In abdomine ardor cum calore ac siti (*Alberti*, l. c.)

(110) Dolores colici identidem repetiti (*Maiault*, l. c.)

Dolores in abdomine hic illic vagantes, diarrhoea flava et tenesmus cnm dolore ardenti in ano ac siti (*Morgagni*, l. c.)

Post alvum depositam tormina sedantur (*Richard*, l. c.)

Tormina dysenterica circa umbilicum (*G. C. Grimm*, Misc. N. C. Dec. III. obs. 174.)

Dysenteria (*Dan. Crueger*, Misc. Nat. Cur. Dec. II. ann. 4.)

(115) Omni fere momento excretio per anum sanguinea, cum vomitu et torminibus immensis (*Grimm*, l. c.)

A diarrhoea sensus, quasi disrumperetur (*Alberti*, l. c.)

Sedes involuntariae (*Chr. G. Buettner*, Unterricht über d. Tödtlichkeit d. Wunden, p. 197.)

Sedes pituitosae ac virides (*Thilenius*, in Richters ch. Biblioth. V. p. 540.)

Evacuatio crebra materiae viscidae, biliosae, per biduum (*Pfann*, Samml. merkw. Fälle, Nürnb. 1750. p. 129. 130.)

(120) Post multam inquietudinem et tormina evacuatio liquoris atri, in ano dolorem, ut ab igne, ardentem gignentis (*Richard*, l. c.)

Sedes atrae, acres, putridae (*Baylies*, l. c.)

Observata aliorum.

Evacuatio massae globosae, quodammodo e sebo crudo et intermixtis partibus membranaceis constare visae (post diem octavum) (*Morgagui,* l. c. §. 8.)

Diarrhoea cum ardore in ano vehementi (*Thilenius,* l. c.)

In ano ardor (*Morgagni,* l. c.)

(125) Tenesmus cum ardore (*Morgagni,* l. c.)

Venarum haemorrhoidalium tumor dolorosus, cum tenesmo (*Morgagni,* l. c. §. 8.)

Suppressio evacuationum alvi et urinae etiam inter nisum in eas insignem (*Mb. Jurispr. med.* Tom. IV. p. 260.

Inter mictum ardor (*Neue Wahrn.* l. c. — *Morgagni,* l. c. §. 6.)

Mictus cruentus (*O. Tachenius*, Hipp. chym. C. 24. p. 149.

(130) Suppressio urinae (*Neue Wahrn.* l. c. — *Guilbert,* l. c.)

Urinae excretio deminuta (*Th. Fowler,* l. c.)

Glans penis e livido rubra, tumida et rhagadibus fissa (*Pfann,* l. c.)

Pudendorum tumor inflammatorius ad gangraenam usque, cum doloribus immensis (*J. H. Degner,* Acta Nat. Cur. VI.

In pudendis virilibus gangraena repente oritur (*G. E. Stahl,* Opusc. Chym. phys. med. p. 454.)

(135) Tumor testiculorum *) (*Alberti,* Jurispr. med. Tom. I. p. 197.)

* * *

Epistaxis vehemens post vomitum insignem *Heim,* Arsenik als Fieberm.)

Ardor diuturnus circa sternum (*Störk,* l. c.)

---

*) Ab usu diuturno.

Observata aliorum.

Macularum flavarum in pectore eruptio (*G. W. Wedel*, diss. de Arsen. Jen. 1719. S. 10.)
Constringens in pectore sensus (*Preussius*, Eph. N. C. Cent. III. obs. 15.)

(140) Respiratio dolorosa (*Neue Wahrnehm.* l. c.) —, difficilis (*Tachenius*, l. c.) —, anxia, suspiriosa (*Guilbert*, l. c.)
Angustatio pectoris, respirationis difficultas (*Thilenius*, l. c.)
Angorem intolerabilem, sensumque in abdomine molestissimum respirationem sibi intercipere, miserabiliter conqueritur (*Morgagni*, l. c. §. 8.)
Asthma per horam integram, suffocationem minitans (*Greiselius*, l. c.)
Inter suffocationis periculum linguam protendit (*Wedel*, l. c.)

(145) Suffocatio (*Misc. Nat. Cur.* Dec. III. ann. 9. 10. p. 390.
Inter motum (itum) asthma subitaneum cum respiratione intercepta, debilitate et languore summo *) (*Maiault*, l. c.)
Catarrhus nocturnus, suffocationem subitaneam minans **) (*Myrrhen*, l. c.)
Primum respiratio angustata, tum dolor pectoris cum tussicula et sputis salsis (*Ebers*, l. c. Oct. p. 8. et 11.)
Tussicula sicca (*Störk*, l. c.)

(150) Tussis sicca, lassans (*Störk*, l. c.)
Colli musculi retorti (*Mueller*, l. c.)

---

*) Quae symptomata quum tam insigniter ex alio nullo medicamine cognito redundare observatum sit, facile intelligi licet, quo fiat, ut arsenicum sic dictam illam anginam pectoris ex lege medicinae homoeopathicae et quasi specifico modo sanare possit et sanet.

**) A simili, omni vespera post decubitum sensim invalescente catarrho suffocativo, qui mortem mihi minitabatur, me ipsum liberavi assumta arsenici dosi incredibiliter deminuta, utpote quum cetera mali mei symptomata arsenici symptomatibus etiam responderent.

Observata aliorum.

Inter dolores dorsi, inquietudo et anxietas (*Buettner*, l. c.)
Sub axillis intertrigo (*Klinge*, in *Hufel.* journ. d. pr. Arzn. VI. p. 904.)
In brachio tuberculum dolorosum (*Neue Wahrn.* l. c.)

(155) Manuum tumor dolorosus (*Neue Wahrn.* l. c.), — rigiditas atque stupor (*Pyl*, Samml. VIII. p. 98. etc.)
In manibus tubercula parvula (*N. Wahrn.* l. c.)
Ungues decolores (*Baylies*, l. c.)
Ischias *) (*Borellus*, Histor et Observat. Cent. III. obs. 36.)
Intra femora intertrigo cum pruritu (*Klinge*, l. c.)

(160) Dolor et punctio in genubus (p. hor. secundam) (*Richard*, l. c.)
Utriusque genu paralysis (*J. B. Montauus*, ap. *Schenk*, lib. 7. obs. 209.)
Crurum paralysis, ut incedere vix possit (*Pet. Forestus*, lib. 18. schol. ad obs. 28.)
Crurum macies (*Maiault*, l. c.)
In cruribus lancinatio (*Pyl*, l. c.)

(165) In femoribus dolores vehementes, maxime in articulis (*Maiault*, l. c.)
Post vomitum pedum paralysis (*Cardanus*, de venen. I, III. 1563.)
Pedum frigiditas, pulsu contracto (*Morgagni*, l. c. §. 8.)
Pedum tumor, rigiditas et stupor, interdum dolores ingentes (*Pyl*, Samml. VIII. p. 97. etc.)
Lateris totius dextri ad coxendicem usque et femoris sinistri tumor (*Thilenius*, l. c.)

(170) Hydrops cutaneus completus (*Ebers*, l. c.)

---

*) Ab arsenico, qua amuleto in vestibus recondito.

Observata aliorum.

Oedema totius corporis (p. diem quartum) (*Ebers,* l. c. p. 56.)
Faciei ac pedum tumor, oris et labiorum siccitas, abdominis distentio, diarrhoea, colica, vomitus (*Ebers,* l. c. Sept. p. 28.)
Faciei corporisque reliqui tumor summus (*Fernelius,* therapeut. lib. VI. cap. 18. p. 451.)
Corporis partium diversarum tumores elastici (Th. *Fowler,* l. c.)

(175) In pedum plantis dolores insignes, qui subinde convulsiones gignunt (*Pfann,* l. c.)
Extremitatum inferiorum paralysis cum stupore *Huber,* Nova Acta Nat. Cur. III. obs. 100.)
Macies summa (*Greiselius,* l. c.)
Tabescit paullatim (et intra annum moritur) (*Amatus Lusitanas,* Cent. II. Cur. 4. 65.)
Febris hectica (*Störk,* l. c.)

(180) Articulorum omnium rigiditas *) (*Pet. de Albano,* de Venenis, cap. 17.)
In cute ardor intolerabilis (*Heimreich,* l. c.)
Dolores ardentes, exedentes (*Preussius,* l. c. — *Gabezius.*)
In cute punctiones (*N. Wahrn* l. c.)
Per corpus maculae inflammatae, morbillosae, maxime in capite, in facie et in collo (*Thomson,* Edinbg. Versuche IV.)

(185) Maculae hic illic in cute (*Baylies,* l. c.)
Eruptio miliaris super totum corpus, squamatim decidua (p. diem decimum quartum) (*Guilbert,* l. c.)
In toto corpore et ipsis manibus pedibusque maculae parvae cum stigmatibus albis, miliariformibus (*Degrange,* in phys. med. Journ. 1800. April p. 299.)
Eruptio miliaris crebra, rubra, scorbutica (*Hart-*

*) Ab arsenico sulphurato.

Observata aliorum.

mann, Diss. Aethiops antim. et arsenicalis, Hal. 1759. p. 49.)

Exanthemata tuberculorum urticalium ad instar *Fowler*, l. c.)

(190) Papulae atrae, valde dolorosae *) (*B. Verzasch*, l. c.)

Eruptio papularum atrarum, doloris ardentis (p. diem octavum) (*Pfann*, l. c.)

Tubercula difficillime sanescentia (*Amatus Lusitanus*, l. c. Cur. 34.)

Ulcera in calcaneis, pus sanguinolentum fundentia (*Guilbert*, l. c.)

In ulcere pruritus, in ardorem degenerans (*Heun*, l. c.)

(195) Ulcus carcinomatosum, ut membrum amputandum esset (*Heinze* apud *Ebers*, l. c. Oct. p. 38.)

Ulcus circum circa inflammatur, inter deligationem sanguinem fundit et crusta sicca, superficiali tegitur (*Hargens* in *Hufel.* iourn. d. pr. A. IX. r.)

Lipothymiae crebrae cum pulsu debili (p. hor. tertiam) *Fernelius*, l. c.)

Debilitas corporis totius diuturna, cum pulsu debili, per plures dies cubare cogens (*Wedel*, l. c.)

Debilitas tremula; prae qua e lectulo surgere nequit (*Ebers*, l. c.)

(200) Tanta imbecillitas, ut sine ope aliena incedere nequeat (ante vomitum) (p. hor. tertiam) (*Alberti*, l. c. Tom. I. App. p. 34.)

Iturus procumbit, mente constante (*Pyl*, Samml. VI. p. 97.)

Sine vomitu, modo inter angorem maximum et summum virium lapsum — mors (p. hor. decimam sextam) (*Seiler*, Progr. de Veneficio per Arsen. Viteb. 1806.)

---

*) Ibi, ubi amuletum arsenicale applicatum fuit.

Observata aliorum.

Ex lapsu virium velocissimo potius quam ex vehementia dolorum vel convulsionum — mors (p. hor. duodecimam) (*Morgagni*, l. c. §. 3.

Vertigo vehemens, languor summus, vomitus continuus, mictus cruentus et celerior vitae exstinctio (sine febre et dolore) *)

(205) Artuum gravitas insigniter dolorosa et languor, decumbere cogens (*Goeritz*, in Bresl. Samml. 1728.)

Agrypnia (*Buchholz*, Beitr. l. c, (p. diem decimum quartum) (*Knape*, l. c., — *Degner*, l. c., *Grimm*, l. c.)

Somnum capere nequit et in lipothymias subinde incidit (*Tim. a Gueldenklee*, Opp. p. 280.)

Somnus summis cum terroribus succutientibus (*Thomson*, l. c.)

Delirium nocturnum (*Siebold*, in Hufel. iourn. IV.)

(210) Corporis totius terror concutiens (p. hor. tricesimam sextam) (*Thomson*, l. c.)

Artuum tremor (*N. Wahrn.* l. c. — *Buchholz*, Beitr. l. c. — *Bonetus*, Sepulcr. anat. Sect. X, obs. XIII. hist. 1. — *Heimreich*, l. c. — *Greiselius*, l. c.)

Tremor ac pavor, cum sudore faciei (*Alberti*, l. c.)

Post vomitum tremor artuum (*Cardanus*, l. c.)

(Inter febris paroxysmum) in hypochondriis tensio aucta, in lateribus decumbere paene impediens (*Ebers*, l. c. p. 68.)

(215) Febris vehementior (*Knape*, l. c. — *Segner*, l. c.)

Idem morbi accessus typo quartano eadem hora antemeridiano iteratus (*Morgagni*, l. §. 8.)

---

*) Ita Gehlen mortuus est ex gase hydrogenico arsenicali respirato. (Hall. allgem. Lit. Zeit. 1815. No. 131.)

Observata aliorum.

De siti suffocante querela (*Forestus*, lib. 17. obs. 13.)

Sitis ardens (*Maiault*, l. c.)

Sitis, sed parce uno haustu bibitur (*Richard*, l. c.)

(220) Sitis insatiabilis cum siccitate linguae, pharyngis ac gulae (*Tim. a Gueldenklee*, opp. p. 280.)

Post diarrhoeam sitis et aestus (*Morgagni*, l. c.)

Pulsus lentissimus ad ictus tricenos octonos usque per quamvis sexagesimam (*Pearson*, in Samml. br. Abh. f. p. Aerzte, XIII. 4.)

Pulsus parvus, celer (*N. Wahrn*, l. c. — *Maiault*, l. c.)

Pulsus celer, debilis (*Maiault*, l. c.)

(225) Pulsus frequentissimus, minimus, debilissimus (*Morgagni*, l. c.)

Pulsus tensus (*Knape*, l. c.)

Pulsus celerrimus, intermittens, debilis (*Guilbert*, l. c.)

Frigus concutiens vehemens (*Fernelius*, l. c.)

Post potum horror nauseabundus (*Alberti*, l. c. Tom II.

(230) Membra frigida (*Richard*, l. c., — *Fernelius*, l. c.)

Artuum frigiditas externa et calor internus cum inquietudine assidua ac pulsu debili, variabili (*Alberti*, l. c. Tom. III.)

Nunc frigiditas, nunc calor (*Alberti*, l. c. Tom. III.)

Sanguinis ebullitio immensa (*Grimm*, l. c.)

Inter sudorem cutis flavescit, maxime oculus (*Ebers*, l. c. p. 69.)

(235) Sudor frigidus, viscidus (*Henning*, l. c.)

Angor tantus, ut in syncopen identidem incideret, cum dolore vehementiori in pectore pa-

pulisque nigris ibidem *) (*B. Verzasch*, Obs. med. obs. 66.)

Pauca loquitur, de angore tantum conqueritur (*Alberti*, l. c.)

Summus, ut a morte instante, angor (*Henning*, l. c.)

Animi angor, lipothymiis interruptus (*Friedrich* in *Hufel.* iourn. V. p. 172.)

(240) Anxietas et inquietudo corpore toto (p. hor. primam) (*Richard*, l. c.)

Ob dolores auctos moribundus iacere videtur, cum anxietate ineffabili (*Morgagni*, l. c.)

Inquietudo cum doloribus in capite, in abdomine et in genubus (*Richard*, l. c.)

Tristitia et inquietudo agitatoria in lecto, cum siti insatiabili **) (p. nychthemerum) (*Buettner*, l. c.)

Anxietas, tremor ac pavor, cum sudore faciei frigido (*Alberti*, l. c.)

(245) Eiulatus summus, lipothymiae accessibus interruptus (*Friedrich*, l. c.)

Miserabiliter eiulans, angore maxime intolerabili cum sensu in toto abdomine ingratissimo, respirationem sibi intercipi et nunc quoquo versus incurvare truncum, nunc surgere et ambulare se cogi, conqueritur (*Morgagni*, l. c. §. 8.

Trepidans a semet ipso metuit, ut temperare sibi non possit, quin cultro acuto necem alicui offerat (*A. F. Marcus*, Ephem. d. Heilk. Heft III.)

Inter angorem summum in lecto ultro citra se

---

*) Ubi arsenicum in sacculo per quatriduum pectori nudo applicatum fuit.

**) Ab usu arsenici externo puerorum duorum capitibus adhibiti; post mortem duobus diebus post, pulmonum, ventriculi atque intestini tenuis inflammatio observata est.

Observata aliorum.

volutat (*Buettner*, l. c. — *Tim. a Gueldenklee*, opp. p. 280.)

Ex uno lectulo in alium se translocare decubitum gestit (*Myrrhen*, l. c.)

(250) Angor summus, tremor ac pavor, cum dolore vehementer lancinanti in abdomine (*Alberti*, Jurispr. med. III. p. 533.)

Inter furorem tantum, ut vinculis corpus constringi oporteret, fugiendi conatus (*Amatus Lusitanus*, l. c.)

Mentis alienatio: primum cephalaea, angor immanis, aurium, quasi a multarum campanarum magnarum sonitu, susurrus; postea, dum oculi aperiuntur, in conspectu perpetuo homo, qui (pridem) in summa aedium parte suspendio vitam finiverat, ut a laqueo liberetur, nutibus indesinenter petens —: eodem, cultrum ferens, contendit; verum quum laqueum secare nequeat, desperans necem sibi ipsi suspendio inferre meditatur, cuius rei comites eum secuti auctores sunt, a quo facinore prohibitus, tanta occupatur inquietudine, ut in lecto retineri vix possit, mente constante vocis usum perdit et, quae cogitat, per litteras declaraturus, nulla, nisi inepta signa scribere potest, tremens, eiulans, inter sudorem frontis anxium, in genua procumbens manusque suppliciter tollens (*Ebers*, l. c. p. 59—62.)

Vitae desperatio (*Richard*, l. c.)

Melancholia religiosa et solitudinis amor (*Ebers* l. c. Oct. p. 18.)

(255) Post mortem labiorum et unguium in manibus pedibusque, penis glandis et scroti livor perfectus, corporis et maxime extremitatum rigiditas atque constrictio, intestini crassi angustia (*Pyl*, Samml. V. p. 106.)

Observata aliorum.

Cadaver vel sedecimo post die incorruptum atque integrum (non putret) (*Pyl*, Samml. VI. p. 97.) *)

Auripigmentum **)

Inter eundum in aëre libero insignis in capite toto titubationis sensus, ut ab ebrietate (p. hor. quintam et dimidiam.)

Capitis totius stupor; nimia rerum levioris momenti copia in mentem venit (p. hor. octavam et quadrantm.)

Dum capilli occipitis demulcentur, pone aurem dextram sensus, quasi quid, aurem antrorsum premens, ibi haereat (p. sesquihoram.)

In oculorum canthis lema (p. hor. tricesimam tertiam.)

5. Inter mordendos cibos dolor dentium, quasi vacillent (p. hor. qnintam ac dimidiam.)

---

*) Hic ex libris Anzeigen der Leipziger oeconoschen Societät equi, arsenico necati, mentionem morbique descriptionem comparationis causa laudandam esse puto.

Inter symptomata terribilia liquor viridis e naribus copiosissime effunditur; oculi longe prominuli, vehementer inflammati; pupillae rotundae, praeter modum diductae; nares valde hiantes et ob respirationem citam, brevem, difficilem atqne anxiam continuo agitatae; gingivarum, palati, linguae tumor, siccitas et rubor lividus; pulsus minimus ac tremulus; inquietudo ineffabilis; abdomen immensum distentum; corpus totum sudore frigido tectum est.

Quibus bestiis domesticis, utilissimis si plura medicamina simplicia, ad indagandas eorum vires, simili modo (cautius vero) ingesta essent, de ipsis etiam existeret materia medica pura, ex qua pro naturae legibus (medicinae homoeopathicae more) non minus cito, tuto ac certo sanari possent, a perverso illo, quo medicamina male congrua multa promiscue, et frustra plerumque, adhiberi solent curationis genere non ultra offensae.

**) Cuius ad vires indagandas Langhammer incubuit.

Circa meridiem post pastum nausea vomituriens insignis (p. hor. quintam et tres quadrantes.)

Mane inter evigilationem tormina colica vehementer disscindentia, velut a refrigerio (p. hor. vicesimam quintam.)

Punctiones in dextro pectoris latere foras micantes (p. hor. sextam.)

Vesperi inter capiendum somnum terror, quasi e lectulo cadat (p. hor. octavam decimam.)

Bryonia alba.

(Succus radicis ante florescentiam effossae recens pressus cum pari spiritus vini copia mixtus.)

Maioris doseos huius remedii efficientia per aliquot hebdomades potest sentiri.

Facile cognoscas effectuum similitudinem cum multis Rhois toxicodendri symptomatibus, ut in prooemio ad hoc remedium iam memoravi; bryonia vero animum longe aliter mutat, febris, quam efficit, frigore maxime stipata, et symptomata in corporis motu maxime excitantur vel augentur, quamquam nec effectus eius alternantes, incommoda scilicet motu minuta, prorsus rari sunt.

Accidit interdum, ut bryonia, iustis homoeopathicis rationibus electa et partiuncula satis minuta data, prioribus viginti quatuor horis in curandis morbis propterea spem fallat, quod altera tantum eaque iniusta effectuum alternantium series sequebatur, quo in casu viginti quatuor horis praeterlapsis, dosis denuo porrecta (sicuti medicinae cuiuslibet posterior dosis, proxime post priorem data, huius effectum ex parte tollit) per oppositos effectus alternantes sanationem demum perficit. Quod quidem evenit in perpaucis tantum remediis, effectibus alternantibus praeditis, (cf. fabae St. Jgnatii praefamen) at raro in bryoniae usu.

Si iniuste nec rationibus homoeopathicis convenienter eligebatur bryonia; rhus toxicodendron incommoda tollere solet, aut aliud remedium symptomati-

bus excitatis adhuc aptius quadrans, et si nullum aliud, camphora.

Ex ampla bryoniae symptomatum copia, quae in sano corpore ab ea excitantur, symptomatum complexus possunt componi, quales in malis quibusdam frequenter occurrentibus, maxime in febribus nonnullis, nec non in nonnullis sic dictorum spasmorum abdominalium mulierum speciebus observamus, quibus aptissime iuxta legem homoeopathicam bryonia adhibetur.

Usus igitur huius plantae in curandis morbis magni est ambitus.

In morbis acutis iisque vehementissimis dilutio tantum profundissima, profundior quam quae antea mihi nota erat, minutissima scilicet pars guttae decillionesimam partem guttae unius succi continentis saluberrime adhibenda est, nec facile morbum invenies, in quo integra huius dilutionis gutta, nullum vero unquam, in quo succus ipse, non dilutus, sit propinandus.

---

*) In symptomatibus bryoniae eruendis Samuelem Hahnemannum adiuvere medici: Fridericus Hahnemann, Herrmann, Hornburg, Rueckert et Stapf.

Bryonia alba.

Vertigo, ac si vertatur in gyrum, aut omnia circum agantur, inter standum (*H.*).

Vertigo, simulac de sella surrexit, omnia circum eum agi videbantur; post brevem ambulationem non amplius sentiebatur (*H.*).

Vertigo quasi ab ebrietate, per totum diem (post octo dies) (*H.*).

Vertigo cum sensu gravitatis, quasi ebrius sit et sanguis caput vehementer petat, omniaque in gyrum agantur (2 et 5).

5 Vertigo et rotationis sensus, cum sese erigeret in lecto, cum sensu ingrato medio in pectore, quasi animi deliquium instaret (*H.*)

Quando ire vult, vacillat quasi retrorsum casurus (*H.*)

Tempore vespertino (hora octava) talis inter eundum vertigo, ut retro titubaret et retro caderet (*H.*).

Inter eundum titubatio ab utroque latere, quasi non firmiter stare possit (p. horas quadraginta octo) (*H.*).

Post motum, inter standum, ab altero latere vacillat (*H.*).

10 Mane, relicto lecto, tam vacillans et titubans, quasi aliquid in capite in gyrum agatur (*H.*).

Per totum diem sensus vertiginis in capite et debilitatis membrorum (*H.*).

Tam debilis mente, ut defici videretur; quo in statu facies calore inficitur, maxime inter standum (*H.*).

Desiderat res absentes (*H.*).

Desiderat res, quas porrectas non vult (*H.*).

15 Memoriae defectus, rei non poterat recordari (p. quatuor horas) (*H.*).

Magna capitis gravitas et totius cerebri pressio ad frontem versus (*H.*).

In verticis et frontis regione motus obtusi in capite, qui vertiginem et cogitationum cessationem efficiunt.

Mentis hallucinatio: caput suum ipsi multo maius videtur.

Capitis stupiditas cum insigni memoriae defectu.

20 Caput turbidum et stupefactum usque ad cubitum (*H.*).

Eius quod faciebat, non erat conscia; quas apprehendit res, manibus exciderunt. In cubitu gravius est affecta (per viginti quatuor horas.)

Immanis capitis gravitas.

Capitis dolor mane incipiens non sub expergiscendo, sed dum primum oculos aperit et movet (*H.*).

Expergefacto mane caput turbidum est et dolet, quasi antecedente vespere compotasset et helluatus esset; lectum etiam non vult relinquere (*H.*).

25 Primum congestio sanguinis ad caput, tum sensus compressionis ab utroque tempore (*H.*).

Capitis dolor premens cum ictibus in cerebro, pulsus micatui similibus (*H.*).

Mane ante lucem, capitis dolor, quasi compressi cum gravitate, punctibusque intermistis, oculos prae dolore vix attollere et adversus terram incurvata erigere se non potuit (post sexaginta hor.) (*H.*).

Vehemens cephalalgia, a magna in capite gravitate, ita ut dubius haereret, quam in partem caput

inclinaret, cum pressione in cerebro extrorsum magnoque cum nisu decumbendi (illico) (*H.*).

Capitis dolor post cibum captum et inter ambulandum: pressio iu fronte extrorsum (*H.*).

30 Capitis dolor, quasi omnia e fronte excederent *) (*H.*).

Capitis dolor inter pronandum, quasi omnia e fronte elaberentur **) (*H.*).

Capitis dolor inter sedendum et legendum, gravitas vertiginosa, capite erecto cessans (*H.*).

Capitis dolor sub inclinatione solum, pressio in fronte extrorsum cum punctibus mixta (*H.*).

In capite pressio, non aliter ac si cerebrum nimis magnum sit et sese expandat; maxime inter sedendum (*H.*).

35 Dolor extrorsum premens in utroque tempore, — in toto cranio (*H.*).

Mane, post expergiscendum in lecto, dorso incumbentis, capitis dolor in occipite, usque ad humeros se extendens, quasi res gravis quaedam crudum vulnus premat (*H.*).

Dolor obtusus in occipite.

Dolor pulsans in fronte, ita ut ad cubitum cogeretur.

Pressio ruens in anteriore cerebri parte, ad frontem versus, maxime in pronando corpore et in celerius eundo; ambulatio eum valde fatigabat (post viginti quatuor horas.)

40 Hemicrania: pressio (ruens) parvo in loco dextrae cerebri partis, qui dolore quodam ruente vel lancinante, per ossa superioris et inferioris ma-

---

*) Cf. Sympt. 276.

**) Sensus displosionis cum sensu compressionis (cf. Sympt 25. 26. 27.) penitus fere convenit, quia in cerebro, a cranio duro incluso, sentitur. Coenesthesis enim tum non discernit, num dolor maiori cerebri extensioni an cranii resistentiae originem debeat; utrumque tamenin causa est.

xillae descendente, cum dolorosa glandula inferioris maxillae coniunctus est (p. 30 horas) (*H.*).

Capitis dolor, mane, lecto relicto, tractio vulsoria usque ad ossa zygomatica et maxillas (*H.*).

Inter ambulatum sub dio, punctus in capite per tempora (*H.*(

Talis in fronte dolor premens, ut se vix incurvare possit.

Pressio in cerebro extrorsum supra sinistram orbitam, quae in pressionem abit in superiorem bulbi oculi partem (p. 3 dies.)

45 Capitis dolor premens, magis in uno latere, simul cum sensu molesto, premente in oculo eiusdem lateris (post meridiem.)

Punctus in capite a fronte ad occiput (*H.*).

Sensus rotationis in dextro frontis latere et in sinistro punctus singulus (*H.*).

Dolor magis vulsorius, quam pulsans in capite, cum faciei calore (*H.*).

In dextro capitis latere et in vertice mane post expergiscendum pulsatio dolorosa, quae manu etiam percipitur (*H.*).

50 Capitis dolor pulsans, oculos afficiens, ita ut coecutiat; dum sese movet, citius in capite pulsat, quod audire opinatur (*H.*).

Comprimens dolor in utroque capitis latere.

Lancinatio vulsoria in dextro osse iugali ad tempora dextra in parte externa, tactu adgravatus.

Caput dolet, maxime tactu, praecipue anterior eius pars (p. 24 horas.)

Dolor in temporibus, ac si quis eam capillis traheret (*H.*).

55 In superiore capitis parte locus magnitudinis thaleri ardenter dolens; tactu dolor nullus (*H.*).

Pruritus mordax in capillitio (noctu) (*H.*).

Mane capillorum magna pinguedo, capite subfrigido, manus pectendo pinguedine obducebantur (p. 10 hor.) (*H.*).

Inter pectendum pruritus vehemens in capite (*H.*).

Calor capitis et faciei cum rubore.

60 Pallor faciei per viginti quatuor horas.

Tumor faciei ruber, calidus, mollis.

Intumescentia magna superioris faciei partis, praecipue infra oculos et supra nasi radicem, simul cum palpebrarum tumore, oculum sinistrum per quatuor dies aperire nequit (p. tres dies.)

Tensio in musculis frontalibus et cute faciei sub oculorum et musculorum faciei motione (*H.*).

Maculae rubrae in facie et in collo (p. 2 dies) (*H.*).

65 Visus hebetudo oculi sinistri, quasi aqua plenus esset (*H.*).

Visus debilitas mane: cum legere vellet, literae concurrere videbantur (*H.*).

(Presbyopia) eminus quidem, sed non cominus videre poterat (p. 24 hor.) (*H.*).

Palpebra inferior rubra et inflammata, superior palpitat (*H.*).

Palpebrae mane ut conglutinatae, rubicundae et tumidae, dolentque ut tritae et inflammatae (*H.*).

70 Mane inter expergiscendam pressio in oculo, quasi manu prematur oculus, aut ut a fumo in cubiculo (*H.*).

Mane palpebrae tumidae sunt et ut pure conglutinatae (*H.*).

Palpebrae inferioris tumor, intus dolor premens; oculus mane pure conglutinatus (*H.*).

Dolor mordax in oculis, quasi arena (?) in iis sit, ad terendum cogens (*H.*).

Ante meridiem repentinus tumor oculi alterius, cum dolore, sine rubore; pus exit et conjunctiva purpurea est et tumida (*H.*).

75 Oculi aqua suffusi in aëre (*H.*).

In margine palpebrae superioris sinistrae pruritus, cum ardore et lancinante dolore mixtus (*H.*).

Pruritus in sinistro cantho externo aliquantulum mordax, terendo non cessans (p. 6 hor.) (*H.*).

Rubor ac tumor palpebrarum cum pressione in iis, per tres dies (p. 3 dies.)

In inferiore oculi sinistri palpebra tuberculum ciceris instar, quod apprehensum dolet, per sedecim dies (p. 24 hor.)

80 Mane expergiscens oculos vix aperire potest, materia purulenta conglutinati sunt.

Dolor ut a combustione supra sinistrum ocnlum et in sinistra nasi parte, tactu aliquantulum minutus.

Dolor quasi ab igne ex oculo sinistro urente (p. 24 horas.)

Pressio in oculis per sedecim dies subsequentes.

Lacrymatio oculorum frequens.

85 Oculi lacrymis suffunduntur et palpebrae pruriunt, quemadmodum vulnus consolidationi proximum; terere coactus erat (*H.*).

In aure dextra murmur (*H.*).

Sensus, quasi aures obturatae essent neque aër penetrare posset (*H.*).

Sub dio ambulans et ab ambulando domum regressus, punctus sentit mox hac, mox illa aure (*H.*).

Sonitus ante aurem laevam ut a campanulis (p. 1 hor.)

90 In meatu auditorio externo dolor constringens, qui primum remoto cerumine cessabat, deinde vero redibat cum baryecoia.

Dolor quasi ignis ex aure sinistra exurat (p. sex horas.)

Pone aurem tuber durum, quod magnitudinem saepe variat (post 24 horas.)

Tumor tuberi similis ante aurem, qui post duodecim horas ruptus humorem effudit et flava crusta obtectus est.

Ad sinistram nasi apicem tumor cum dolore vulsorio; sub tactu talis sensus, qualis in exulceratione incipiente sentitur (*H.*).

95 In sinistra nare ulcus, doloris mordacis (*H.*).

Primum effluxus sanguinis e naribus, tum nares exulceratae (*H.*).

Mane, lecto relicto, sanguinis effluxus e naribus per quartam horae partem (*H.*).

Effluxus sanguinis e naribus inter somnum, mane hora tertia, ita ut propterea expergiscatur (p. 4 dies) (*H.*).

Effluxus sanguinis e naribus sine pronatione corporis praegressa (*H.*).

100 Nasus tumidus cum sanguinis effluxu per plures dies (p. 5 dies.)

Effluxus sanguinis e naribus per tres dies subsequentes (p. 12 dies.)

Effluxus sanguinis e naribus pluries de die, per quatuordecim dies,

Effluxus sanguinis e dsxtra nare (p. 11 dies.)

Impetigo parva in gena dextra (p. 4 dies.)

105 Dextrae genae tumor prope ad aurem, doloris ardentis (p. 4 dies.)

Infra dextrum os zygomaticum pressio dolorosa, pressione externa cessans (p. 1 hor.)

Fissura in labio inferiore.

Pustula in labii inferioris rubro ardenter dolens (*H.*),

In labio inferiore vellera parva exulcerata, quae tacta ardenter dolebant.

110 Exulceratio infra angulum labii sinistrum, doloris erodentis (*H.*).

Exulceratio labii inferioris extra rubrum, doloris prurientis et mordacis, ut a sale (*H.*).

Inter labium inferius et gingivam vulsio pungens, admodum sensibilis, (mane in lecto) paene ut a carcinomate labiorum (*H.*).

Pressio uti forcipe premens in cavitate articulationis maxillae dextrae, motu vehementior.

Dentium dolor; vulsio et punctus in dentibus ad

aurem versus, ad decumbendum cogentes (*H.*). *)

115 Vesperi in lecto dentium dolor vulsorius, mox in superioribus, mox in inferioribus dentibus molaribus (p. horam unam.) Dum dens dolens superior digito admoto tangebatur, dolor ibi subito cessabat et in oppósitum inferiorem dentem transibat (p. quinque dies) (*H.*).

Dolor dentium vulsorius, dum, uti consuetus erat, fumum nicotianae ducit (p. 1 hor.) (*H.*).

Vacillatio omnium dentium, sub tangendo et mordendo perceptus (*H.*).

Dentium dolor, calido quodam in os sumto (*H.*).

Inter edendum dentium dolor lancinatim pungens (usque ad colli musculos extensus), qui maxime a calido quovis ingesto augetur (*H.*).

120 Dolor, quasi dens torquendo infigeretur et dein evelleretur, (aqua frigida ad breve tempus tamen mitigatus, ambulando vero sub dio evanescens); cum lancinatione in gena et pressione uti forcipe in auribus: Noctu usque ad horam sextam matutinam (*H.*).

Dolor dentium: aër in os apertum penetrans dolorem excitat (*H.*).

Dolor dentium post mediam noctem (hora tertia) quasi nervus intectus dentis cavi ab aëre ingrediente doleat. Qui dolor decubitu in latere non doloroso intolerabilem in modum ingravescit et tum demum cessat, dum in genam dolorosam incubat (*H.*).

Inter potum frigidum dolor, uti in vulnere sentitur, dentem penetrat (*H.*).

Mane post expergiscendum sensus quasi dentes molares omnes nimis longi sint; ita in-

---

*) Plura bryoniae albae incommoda sunt, quae ad decumbendum cogunt — cf. symptomata 338. 491. aut saltem ad sedendum 210, et plura, quae eundo et stando augentur — cf. sympt. 215. — e contrario vero effectus alternans, ubi incommoda motu leniuntur, nec perferunt sessum tranquillum et cubitum, quoque non rarus est.

firmi erant, ut digitis huc illuc flecti possent, nil manducare poterat, et cum hoc tentaret, dentes ut casuri dolebant (p. 15. 48 hor.)

125 Trahens, nonnunquam etiam vulsorius dolor dentium molarium sinistrae maxillae superioris, solum inter pastum et eo peracto; dentes nimis longi et vacillantes videbantur (p. 6 hor.)

In quiete et praecipue in lecto dentium dolor vehementissimus, qui per manducationem minuebatur.

Gingiva uti vulnus crudum dolet, dentibus dolorose vacillantibus (*H.*).

Gingiva spongiosa (*H.*).

Rigiditas tensiva rheumatica sinistri colli lateris ad cervicem versus.

130 Tensio in cervice inter capitis motum.

In sinistro cervicis et colli latere, in facie et manducatoriis musculis, inter motum dolor ut in vulnere, qui efficit, ut caput vix verti cibique manducari possint.

Punctiones prurientes in collo, qui ad scalpendum incitant; post scalpendum non amplius sentiuntnr.

Miliaria rubra in collo.

Rigiditas dolorosa omnium colli musculorum sub motu et aspritudinis sensus in faucibus inter deglutiendum (*H.*).

135 Circa collum exanthema mordax, pruriens, praesertim post sudorem (*H.*).

Punctus in gula inter deglutiendum et inter caput movendum (*H.*).

Pressio in faucibus tanquam a corpore duro acutoque glutito (H.).

Nec esculenta nec potulenta deglutire potest, ob strangulationis sensum in faucibus (*H.*).

Fauces tumidae videbantur et ita sese habebat, ut qui valida gravedine, loquelam impediente, laborat.

140 Faucium dolor; siccum et crudum est in faucibus inter deglutitionem inanem; inter potandum cessat hic sensus per tempus breve, verum mox redit, vehementissime in calido cubiculo (H.).

Siccitatis sensus non in lingua sed in palato (H.).

Vesiculae in anteriore linguae margine ardenter mordentes.

Siccitas in ore, ita ut lingua palato inhaereat.

Os internum semper siccum videtur, sine siti (H.).

145 Die sitis magna sine calore (H.).

Sitis vehemens per 22 dies.

Sitis vehemens die noctuque, praecipue mane.

Post pastum sitis magna, per 16 dies.

Saliva ei ex oris angulis sponte effluit (H.).

150 Salivae magnus confluxus in ore, saponis spumae similis, quare saepius eum oportet spuere.

Lingua peralba (H.).

Sapor fatuus, insipidus et nauseosus in ore (H.).

Sapor oris fatuus, dulcicule nauseosus.

Ciborum sapor plane deletus, dum non edit, amarus (H.).

155 Omne sapit amarum, nil ciborum deglutire potest (H.).

Post prandium sapor amarus in posteriore palati parte diu remansit (H.).

Mane sapor oris nauseosus et amarus (H.).

Mane, adhuc ieiuno, sapor est, qualis a dentibus cariosis aut carne putrida (p. 12 hor.) cum foetore oris putrido (H.).

Sapore paene caret.

160 Lingua non impura, sapor ingratus in faucibus, non aliter ac si cui foeteat os; sapor est in ore ut caro putrida, inter edendum vero hic sapor non sentitur (H.).

Sera vespera sapor rancidus fumosus assurgit in gulam (H.).

Inappetentia ciborum, sapore haud perverso (H.).
Bulimiam cum inappetentia, mane, adhuc ieiunus, sentit.
Bulimia sine appetitu (H.).

165 Mane bulimia cum siti et ardore volatico (p. 30 et 72 hor.)
Bulimia usque ad noctem (H.).
Vehemens fames, per 14 dies.
Esurit et edit, gustum vero non percipit; varia desiderat, quibus frui non potest (H.).
Lactis appetentia nulla, illud vero ingerenti appetitus redit et eius sapore delectari incipit (H.).

175 Gratum ciborum percipit odorem, at cum eos capere incipit, fugit appetentia (H.).
Appetentia vini et coffeae (H.).
Pituita tenax in pharynge, quae screando solvitur.
Ructus frequentes, nonnunquam aciduli, post pastum.
Ructus frequentes meri aëris (H.).

175 Ructus crebri, cibo capto, ab horis matutinis ad vespertinas (H.).
Ructus cibi saporem redolentes (H.).
Potus non efficit ructum, sed pastus minimus, exit tamen merus aër sine sapore ingrato (H.).
Inter quemvis ructum dolor pungens (H.).
Ructus amari post cibum captum (H.).

180 Ructus aciduli et aquae acidulae in ore confluxus (H.).
Post ructum singultus nullo cibo antea capto (H.).
Singultus vehemens (H.).
Post cibum captum sapor acerbus, siccus, sine siti; labia sicca sunt et fissa (H.).
Vespere post cubitum sapor amarus (H.).

185 Amaror assurgit in os sine ructu, cum vomiturione (H.).

Nausea diu durans et statim post eam bulimia (p. aliquot hor.)

Mane, post somnium anxium, vomituritio sine vomitu insequente, et ructus crebri inanes (H.).

Vesperi ante cubitum, nausea (H.).

Nausea per 24 horas persistens cum copioso aquae effluxu ex ore (p. 8 minut.)

190 Paulo post mediam noctem expergiscitur, nauseam sentiens; quam sequitur vomitus ciborum et bilis (H.).

Cibi per motum quendam internum, ructui similem, in os assurgunt (H.).

Vomitus saepe repetitus pituitae flavae et viridis.

Cibo aliquo capto, quo delectatus est, nausea et vomituritio sequuntur (H.).

Eructatio contentorum ventriculi, fere sine vomendi nisu (H.).

195 Cibos solidos vomit, non vero potum (H.).

Quovis mane, duabus horis post, cum lectum reliquisset, nausea, per horam dimidiam, cum aqua in ore confluente (H.).

Vesperi nausea, quam sequitur effluxus aquae copiosus ex ore (verminatio) *) (H.).

Nausea vomituriens, nullo cibo antea capto (p. 1 hor.) (H.).

Mane inter expergiscendum nausea, vomituritio (H.).

200 Mane (hora sexta) vomitus amari, olidi et putridi humoris, cuius sapor ei remanet in ore (H.).

Post potum (horis pomeridianis) nausea vomituriens (H.).

Vesperi vomitus aquosus et pituitosus, ut verminatio; assurgebat ei quasi in pectus cum corporis totius frigore (H.).

---

*) Cf. Sympt. 282.

Sensus dolorosus in oesophago, magis in parte inferiore quasi hoc loco constrictus sit (H.)

Pituitam e ventriculo eructatione quadam mane reddit (H.).

205 Pressio in ventriculo post cibum captum et post ambulationem.

Post quodlibet prandium tumor abdominis (H.).

Dolor secans uti cultris in regione scrobiculi cordis (p. 1 hor.) (H.).

Sensus in cordis scrobiculo, quasi tumidum sit.

Infra scrobiculum cordis sensus molestissimus tamquam tumoris.

210 Statim post coenam pressio vehemens in cordis scrobiculo, inter eundum, tum pressio in vesicam urinariam et in perinaeum, intolerabilis fere, quae sessu cessabat (H.).

Pressio in ventriculo, simulac aliquid cibi ceperat, immo iam inter capiendum cibum (H.).

Post pastum pressio in ventriculo, tamquam a lapide in eo haerente, quod eum reddebat morosum (H.).

Dolor ventriculi constringens, aliquot horis post pastum (H.).

Post pastum ventriculi dolor constringens, tum discindens intra et supra scrobiculum cordis, ructus, ardor adscendens, nausea et vomitus solius cibi capti (p. 48 hor.) (H.).

215 Constrictio et pressio in abdomine in regione umbilicali, inter eundum et standum (H.).

Tumor durus circum umbilicum et infra hypochondria (H.).

Ascites repentinus, spirare non potest et sedere coactus est (p. 18 hor.) (H.).

Dolor tensivus et ardens in abdomine in regione hepatis (H.).

Dolor in abdomine, quasi vomiturientis (q. 5 dies (H.).

220 In utroque abdominis latere dolor, uti in regione lienis post cursum velocem sentiri solet (H.).

Primum dolor in abdomine lancinans et trahens, praecipue inter motum, tum punctus, praesertim sub alvi depositione et maxime vesperi (H.).

Punctus vehementer discindentes in abdomine ab inferiore parte ad ventriculum; (post potum lactis calidi post meridiem) dolor eum cogit, ut sese incurvet, cessavit vero alvo exonerata (H.).

Tormina circa umbilicum, cum punctibus (H.).

Tormina colica cum anxietate coniuncta, spiritum intercipientia, eundo leniora reddita (H.).

225 Flatus non abeunt noctu, nisi antecedente murmure sonoro (H.).

Post coenam colica flatulenta cum pressione in intestini colli regione (H,).

Dolores in abdomine, uti a purgantibus sive homorrhoidum moliminibus (H.).

Post pastum dolores colici (H.).

Murmura ventris et talis sensus, qualis in diarrhoea instante (H.).

230 Dolores abdominis vehementissime discindentes (ante meridiem) quasi a dysenteria enatura, sine sedibus (H.).

Inter ambulandum sub dio, pressio in umbilicum, ut ab orbiculo (H.).

In abdomine et in umbilici regione dolor volvens et uti forcipe premens, qualis a refrigeratione, per plures dies et (post 5 dies) cessante dolore, excretio alvina larga, mollis (H.).

Dolor abdominis, quasi diarrhoea secutura sit, per horam unam et dimidiam.

Diarrhoea per 4 dies subsequentes, quavis hora tertia praeterlapsa, tam cita, ut alvum retinere nequeat.

235 Diarrhoea per duos dies, eam tam debilitans, ut in lecto manere cogeretur.

Diarrhoea caseum putridum olens.

Sedes molles sanguinolentae.

Sedes crebrae foetidissimae, praegressis doloribus in ventre discindentibus (H.).

Abdomen tumidum, motus continuus in ventre et dolor discindens, alvo tamen constipata; non aliter est, ac si quid in abdomine insideat (H.).

240 Abdominis dolor inter alvi exonerationem constrictioni et contortioni similis (H.).

Diarrhoea, antecedente abdomiuis dolore discindente (H.).

Excrementa difficile discedentia, crassa (H.).

Sedes binae quolibet die; post aliquot dies obstructio alvi *) (H.).

Sedes perdurae, ita ut intestinum rectum exprimeretur, quod vero mox sponte rediit; postea secutae sunt sedes diarrhoicae cum borborygmo.

245 Sedes perdurae.

Sedes dura, et postea diu durans in intestino recto ardor (H.).

Sedes mollis. cum dolore ardente acuto, in ano (H.).

Punctus singuli, prurientes intestinum rectum adscendentes (H.).

Dolor ardens et pungens ante urinae profluvium (p. 3 dies.)

250 Inter urinam mittendum, dolor in abdomine (H.)

In mingendo sensus quasi urethra nimis arcta sit (H.).

Valde pellitur ad urinam mittendam, etiam nocte surgere cogitur (H,).

Tam cito ad urinam mittendam, vesica non re-

---

*) Saepius Bryonia inter effectum primarium alvum retinere videtur, et rarius comparet effectus eius alternans, ubi contrarium efficit. Possidet hinc vim, quando morbus cetera etiam Bryoniae symptomata exhibet, constipationem alvinam firmiter sanandi, id quod, exceptis nuce vomica et opio, pauca valent medicamenta.

pleta, pellitur, ut eam vix per brevissimum tempus retinere possit (p. 12 hor.) (H.).

Urina missa, vesicae urinariae collum sese contrahit, attamen haud secus est, ac si aliquantum urinae adhuc effluxurum sit (H.).

255 Urinam non diu retinere potest, cum ad mingendum pellitur, et, ea non statim missa, sensus, tanquam sponte profluat (quod quidem re vera non ita se habet) (H.).

Motu ei inscio aliquot urinae ardentis guttae saepius profluunt (H.).

Post mictum in vesica sensus, quasi aliquantulum urinae remansisset, et ei involuntarie adhuc guttae aliquot effluunt (H.).

Tenesmus vesicae urinariae et crebra mictio inter ambulandum sub dio (p. 5 hor.) (H.).

Dolor simul pruriens, ardens et pungens in anteriore urethrae parte, extra mictionem (H.).

260 Inter sedendum punctus aliquot in testiculis (statim) (H.).

In praeputii margine pruritus punctim ardens (H.).

Glans plena est miliarium rubrarum prurientium (H.).

Sinistri maioris labii pudendorum tumor, in quo pustula nigra et dura oritur, orbiculo similis, sine dolore et inflammatione (H.).

Abdomen valde est tumidum, magna in eo est motio et tormina, quasi a menstruatione instanti (H.).

265 Menstruatio intra paucas horas comparet, nonnunquam octo diebus anticipans *) (H.).

Menstruatio octo, nonnunquam quatuordecim diebus, imo tribus hebdomadibus anticipans.

* * *

---

*) Effectus primarius: bryonia igitur saepe efficax est remedium metrorrhagiae.

Mane vehemens sternutatio et oscitatio (*H.*).

Sternutatio frequentior, praecipue cum frontem illinit manu (*H.*).

Raucedo aliqua et vox impura inter ambulandum sub dio (*H.*).

270 Raucedo quaedam cum propensione in sudorem (*H.*).

Vox rauca est et aspera (p. 4 hor.)

Raucedo per 21 dies.

Coryza, per octo dies.

Coryza vehemens, ita ut vox per nares sonaret, simul cum frigore, per octo dies.

275 Gravedo magna, sine tussi (*H.*).

Gravedo vehemens, cum dolore capitis pungente, quasi omnia e fronte nitantur, maxime inter corpus incurvandum *) (p. 70 hor.) (*H.*).

Incitatio ad screatum; arteriae asperae pituita inhaerere videtur; cum per aliquot tempus screasset, in ea dolorem sentiit ut ab attritu et pressione, inter loquendum et fumum tabaci ducendum vehementiorem (p. 4 hor.)

Quando ex aëre libero in cubiculum calidum intrat, sensus ei est, quasi vapor in trachea sit, qui ad tussim impellit; aëris non satis inspirare posse videtur (p. 2 hor.)

Pituita tenax in arteria aspera, quae per screatum saepe repetitum demum solvitur.

280 Tussis sicca, quasi e ventriculo enasceretur; antea pruritus et titillatio in scrobiculo cordis (*H.*).

Tussis a continuo pruritu in collo ascendente; postea pituitae eiectio (*H.*).

Tussis sicca, continua, maxime mane, inter quam ei aqua ex ore profluit, ut a verminatione **) (*H.*).

---

*) (Cf. Sympt. 30.)
**) (Cf. Sympt. 197.)

Inter tussim ciborum vomitus (*H.*).
Inter tussim punctus diu durans intus in cerebro, ad latus sinistrum versus (*H.*).

285 Tussis brevis sicca: ictus aliquot spasmodici, vehementes versus superiorem laryngis partem, quae pituita sicca tenaci obducta videtur; jam tabaci fumus tussim istam excitat (*H.*).
Mane in lecto tussis vehemens per horae quadrantem, qua multum pituitae expectoratur (*H.*).
Tussis cum sputis (statim) — etiam per 4 dies sequentes ante meridiem (p. 34 hor.)
Mane pectus oppressum, tamquam a pituita difficulter se solvente (*H.*).
Tussis laryngea brevis, dolorosa, radens, ut ab aspritudine et siccitate laryngis vesperi post cubitum (*H.*).

290 Tussicula sicca, brevis, arteriae asperae partem superiorem quasi offendens (*H.*).
Tussit et eructat cruoris sanguinis frustula et flavam pituitam (*H.*).
Punctus intus in collo et ad costam ultimam inter tussim (*H.*).
Dolor pungens in sterno inter tussim, manum pectori applicare cogitur; etiam sub tactu ibi dolor pungens *) (*H.*).
Inter tussim dolor in scrobiculo cordis — vomendi nisus sine nausea — sternutatio — dolor totum caput penetrans (*H.*).

295 Inter tussim semper caput afficitur, ut pressione (*H.*).
Paulo ante tussis impetum spiritum saepius captat, inspirationes celeres, convulsivae, quasi infans non respirare, eamque ob causam tussire non possit; species accessus suffocationis, quem dein tussis sequitur; praecipue post mediam noctem (*H.*).

---

*) (cf. 358. 420.)

Palpitatio cordis per plures dies.
Pressio in sterno, pectus angens (*H.*).
Ardor internus in pectore.

300 Sensus quasi in pectore omnia essent soluta et in abdomen deciderent.
Pressio coarctans pone sternum, vehementior inter exspirandum et inspirandum (p. 5 dies.)
Calor extraordinarius in scrobiculi cordis regione, respirationem brevem reddens, cum dolore quodam premente (*H.*).
Dolor ardens in dextro pectore (p. 8 hor.)
Respiratio intercepta, brevis; celeriter exspirare coactus est (*H.*).

305 Asthma (p. 1 hor.) (*H.*).
Accessus per 12 horas durans, doloris pungentis in latere pectoris cum respirationis angustia (*H.*).
Anxietas matutina, ex abdomine quasi proveniens, tamquam a medicamento purgante, et quasi spiritus nimis brevis sit (H.).
Pectoris angustia, profunde respirare desiderabat (quasi pectus obturatum sit inspiratioque praeclusa) et cum profunde respirandi periculum facit, dolet in pectore, quasi quid extendatur, extensioni resistens (*H.*).
Respiratio cita, anxia, fere impossibilis, ob punctus in pectore, primum infra scapulas, tum infra pectoris musculos, respirationem impedientes et situm erectum tenere cogentes, denique punctus in vertice (*H.*).

310 Pressio supra totum pectus (p. 24 hor.)
Pressio in superiore sterni parte ut a manu impressa, opinatur se sub dio ire non posse (*H.*).
Dolor premens medio in sterno etiam inter respirationem, cum pedum frigiditate (*H.*).
Pressio in pectore, ut a pituita angustato, et inter spiritum ducendum punctio in sterno, quae edendo minui videtur (*H.*).
Gravitas in pectore et toto corpore, cibo capto cessans (*H.*).

315 Inter inspirationem punctus singulus a superiore pectoris parte ad scapulam (*H.*).

Inter inspirationem dolor tensivus in costarum parte posteriore, qui profundiore inspiratione in obtuse pungentem augetur, praecipue infra scapulas ct maxime inter corporis inclinationem (*H.*).

Vesperi (hora 6) dolor pungens in pectore, cum anxietate (*H-*).

Dum se vertit in lecto, punctum sentit in pectore in latere, quo non decumbebat (*H.*).

In inferiore dextri pectoris parte punctus et pulsatio, pulsuum instar (*H.*).

320 Pressio pungens in pectore, ab interioribus partibus ad exteriores (*H.*).

Punctus inter minimam respirationem, ut ab ulcere, tam diu durans, quam respiratio, parvo in loco sub sterno, qni dolet ut ulcus, etiam tangendo, magis vero dextrum brachium attollendo, mane (p. 24 hor.) (*H.*).

Dolor ad cartilaginem ensiformem sub tactu, qualis in loco sanguine suffuso; vesperi (*H.*).

Dolor supra totum pectus cum angore, flatuum decessu cessans, vesperi (hora 9) (*H.*).

Sensus comprehensionis in pectore iuxta sternum (*H.*).

325 Dolor pectoris constringens proxime ad cordis scrobiculum, maxime auctus, dum sedet in sella, sese incurvat et in lecto lateri incumbit (*H.*).

Tensio in pectore inter eundum (*H.*).

Tumor validus pectoris anterioris externi.

In mammae papilla indurata punctus singuli, lenes, electricis similes per aliquot horas, quibus cessantibus omnis induratio abierat.

Dolor acute pungens infra dextram mammae papillam, ad partes externas versus; in interiore pectore vero modo inter exspirandum. *)

*) Haec et alia quaedam bryoniae symptomata demonstrant

330 Dolor cervicis prope occiput, simul ut dolor et debilitas, quasi caput infirmum sit (*H.*).

Dolor in cervice ut a refrigeratione (*H.*).

Pressio inter utramque scapulam et in regione transversa, in pectore, inter sedendum, itu cessans (*H.*).

Dolor spasticus inter scapulas, ut horror (*H.*).

Supra totum dorsum dolor transversum contrahens, quasi ligamentis arcte stringatur, fere ut crampus (hora pomeridiana quarta ad octavam usque vespertinam) (p. 48 hor.) (*H.*).

335 Dorsi dolor deorsum tendens inter sessum; motione cessans (*H.*).

Vulsio dolorose pungens iuxta spinam dorsi ad utrumque latus, inter sedendum, praecipue mane et vespere (*H.*).

Dolor, ut a conquassatione, in osse sacro inter sedendum, vehentissimus inter cubandum, inter motum modicus (*H.*).

Prae dolore lancinante dorsi ac vertebrarum lumborum corpus nec vertere, nec inclinare potest; magis inter sedendum quam inter standum, at non inter cubandum (*H.*).

Punctus aliquot vehementes, ut cultro, in lumbo. (*H.*).

340 Dolor pungens in osse sacro et in dorso, noctu, sex horas durans (p. 70 hor.)

Dolores lumbares, itum molestum reddentes.

Pressio dolorosa in dextro acromio, tactu acutior, sub respiratione profundiore punctio obtusa eodem in loco, ad partes posteriores et externas ad humeri iuncturam usque sese extendens (p. 10 hor.)

Iuncturae cubiti dextrae tumor cnm punctibus.

Tumor iuncturae cubiti et infra et supra eam ad

---

eximiam eius virtutem, qua pollet in debellandis quibusdam mammarum affectibus inflammatoriis et indurationibus. St.

medium humerum et antibrachium se extendens, nec non crurum tumor, per tres horas.

345 Tractio per ossa brachii, ut a filo, usque ad digitorum apices (*H.*).
Dolor in regione acromii, ut a luxatione, inter brachium tollendum (p. 3 hor.) (*H.*).
Tumor brachii dextri ad cubitum usque (*H.*).
Punctio ad olecranum cum tractione in musculis usque ad manum; augetur punctio flectendo cubitum (*H.*).
D o l o r i n a r t i c u l o m a n u s , u t a s u b l u x a t i o n e v e l l u x a t i o n e, inter quemvis motum (p. 48 hor.) (*H.*).

350 Miliaria rubra in superiore antibrachiorum parte.
Dolores pungentes in manuum iuncturis et gravitas in iis.
Punctiunculae in carpo, cum manus calescit ac quiescit, et motu non cessantes (*H.*).
Ad mediam noctem inflammatio dorsi manus cum dolore ardente (*H.*).
Sensus caloris in volis manuum et in antibrachiis, quae mane e lecto tendere coacta est; aliquot horis post frigoris sensus in iis (*H.*).

355 Dolores pungentes digitorum inter scribendum.
Narcosis et stupor volarum (*H.*).
Stuporis sensus in digitis (*H.*).
Tumor subcalidus, pallens articulationis inferioris digiti minimi; motu et tactu punctus in eo *) (*H.*).
Tuberculum inter pollicem dextrum et indicem, quod quovis tactu dolorem leniter pungentem et ut a vulnere exhibet (*H.*).

360 In digiti minimi parte superiore dolor, quasi pus inesset (*H.*).
Pruritus in lumbis et femoribus (p. 48 hor.)
Magna femorum lassitudo; scalam vix ascendere potest, minus se lassatum sentit inter descendendum.

---

*) Cf. Sympt. 293. 420.

Femorum vacillatio, praecipue inter ascendendam et descendendam scalam.

Dorsi et femorum dolor ut a conquassatione (*H.*).

365 Os sacrum inter decubitnm dolet ut a conquassatione (*H.*).

Dolor in femoris articulo, ut ictus commoventes, dum decumbit aut sedet; cum it, melius se habet (*H.*).

Inter standum, trunco incurvato, dolor punctim vulsorius a femore ad genu (*H.*).

Dolor in trochantere, punctio commovens inter gressum perversum, inter quietem intus pulsatio; locus tactus valde dolet (*H.*).

Femornm et crurum infirmitas et titubatio, dum scalam adscendit (p. 20 hor.) (*H*).

370 Tensio in femoribus, quasi menstruatio instet (*H.*).

Mane lecto incumbenti femor riget, uti a crampo (*H.*).

Dolor, ut a contusione, medio in femore et pulsatio ibi, uti cum malleo, inter sedendum (*H.*).

Punctiones in genubus inter eundum.

Inter sedendum et iacendum per noctem crampus in genu et in planta pedis (*H.*).

375 Dum scalam descsndit, pedes debiles sunt et in patellis dolor, quasi frangantur (*H.*).

R i g i d i t a s t e n s i v a, d o l o r o s a g e n u u m (*H.*).

Patellae dolent ut decussae (*H.*).

Exanthema siccum in poplitibus et circum eos, vesperi pruriens et rubens et scalptum dolorem mordacem efficiens.

G e n u u m i n f i r m i t a s e t g e n i c u l a t i o i n t e r e u n d u m.

380 Crura tam infirma sunt, ut eum vix ferre possint, cum ire incipit, imo etiam inter standum.

Tumor utriusque cruris.

Pruritus in poplite qualis in ulcere sanationi proximo, cum sudore per noctem (*H.*).

Dolor vehementer trahens in cruribus, praecipue in sura, per horam unam, subsequente sudore (p. 4 dies.) (*H.*).

Dolor lancinans, vulsorius, in superiore tibiae parte (*H.*).

385 Vulsio in cruribus per noctem; die ictus ut ab electricitate (*H.*).

Tumor repentinus crurum (*H.*).

Mane crampus in sura sinistra, noctu inter iacendum in lecto crampus in sura, in pede, in pedis dorso et in calce; motu cessans (*H.*).

T u m o r p e d i s c a l i d u s (p. 8 hor.) (*H.*).

Tumor calidus pedis cum dolore, ut a conquassatione inter pedis extensionem; insistenti pes tenditur atque tactus dolet, quasi apostema contineat (*H.*).

390 Inter pedum tumorem lancinatio in tibiis, cum gravitate brachiorum (*H.*).

Pedes vesperi ut tensi et tumidi sunt (*H.*).

Tumor sine rubore dimidii inferioris partis crurum, pedibus ipsis vero haud tumidis.

In exteriore surae sinistrae latere dolor ut a conquassatione, cum pedem movet, vertit et tangit, inter quietem perfectam tantum stuporis sensus eo in loco, per plures dies (p. 12 hor.)

Lancinatio pungens a pedibus ad poplites, lenior inter quietem, quam inter motum.

395 In utraque pedum planta punctio tam vehemens, ut ingredi non posset, cum tensione in pedum iuncturis, nec cubare potuit ob tensionem et punctionem.

In iunctura pedis tensio inter motum, et in pedis dorso dolor tensivns, etiam inter sessum (*H.*).

Per duas noctes, statim post cubitum, pedem invadunt, ut hamus, ictus cito sese insequentes, obtusi per quartam horae partem (*H.*).

Mane dum adhuc iacet in lecto, punctiunculae in utraque calce, post surgendum cessantes (*H.*).

Punctio in plantis pedum (*H.*).

400 In cava plantae parte punctiones inter calcandum (*H.*).

In plantae cavitate, inter calcandum dolor torpori similis ac tensioni *) (*H.*).

Gravitatis et torporis sensus in cruribus, quasi tumida essent (*H.*).

Punctio et pressio sub halluce, qui etiam dolet uti pars gelu affecta (*H.*).

Clavus hucusque dolorem non excitans, premit et dolet inter incessum et inter quietem; etiam leniter tactus ab aliqua re, imo a pulvinari dolet, uti vulnus (*H.*).

405 In pila utriusque pedis punctio cum ardoris sensu sub tempus vespertinum; pedes excalceari oportebat (*H.*).

Brachiorum et pedum dolor, ut a conquassatione, vel inter decumbendum, gravior inter sedendum quam inter ambulandum, propter quem decumbans artuum situm semper mutare cogebatur; at quoque eos vertebat, semper melius ei videbatur, eos iterum in alio loco reponere (*H.*),

Quilibet corporis locus inter tactum dolet ut contusus aut exulceratus, praecipue scrobiculum cordis et maxime horis matutinis (*H.*).

In toto corpore dolorem sentit, quasi caro soluta sit; per 16 dies.

Omnes artus quasi conquassati sunt et paralysi affecti (vesperi), non aliter ac si incubuisset duro cubili (p. 4 hor.) (*H.*).

410 Anxius, pressim trahens dolor in omnium ossium periosteo, ut initio febris intermittentis, horis pomeridianis (p. 24 hor.) (*H.*).

Vehemens tensio per omnia membra (*H.*).

Vix perpeti potest partis affectae quietem; eam sursum deorsum movet (*H.*).

Vulsio conspicua in brachiis pedibusque inter sessum, per diem (*H.*).

---

*) Cf. 356.

Dolore cessante pars tremit et facies frigescit (*H.*).
In parte affecta tensio non dolorosa, nonnunquam punctus (*H.*).

415 Punctus supra totum corpus ut ab aciculis (H.).
Post exiguum animi motum, (risum e. g.) supra totum corpus pungens (pruriens) ardor illico oritur, quasi urticis caesus esset, aut urticaria laboraret, quamquam horum nihil in cute conspiciebatur. Hic ardor postea rediit sola de eo cogitatione aut corpore calefaciendo (H.).
Punctus ardenter prurientes, continentes, diversis in partibus corporis; vesperi post cubitum in lecto (p. 2 hor.) (H.).
Punctus in iuncturis, inter motum ac tactum (H.).
Punctus, ob quos terrore percutiebatur, in parte affecta (H.).

420 Punctio in parte affecta tactu provocata *) (H.).
Exanthema miliare in brachiis, in anteriore pectoris parte et supra genua, quod vespere rubescit, prurit et ardet, ante quam cubitum it; in lecto vero, cum calescit, exanthema et pruritus evanescunt (H.).
Pustulae in abdomine et in coxis apparent, quae ardenter pruriunt; scalpendo erosionis sensus excitatur (H.).
Exanthema toto corpore, maxime dorso supra collum usque, tam vehementer pruriens, ut omnia unguibus laceraturus esset (H.).
Flavedo cutis totius corporis, etiam faciei (p. 12 dies.)

425 Exanthema rubrum, eminens, milliariforme, toto corpore matris et infantis lactantis; quod in hoc post duas, in illa post tres dies apparuit.
Exanthema in abdomine et in dorso usque ad cervicem et ad antibrachia, horis ante mediam

---

*) Cf. Sympt. 329. 335.

noctem et mane dolorem ardentem et mordacem excitans.

Vesperi titillatio et pruritus in cruribus, circum genua et in femoribus; parte scalpta aut fricata, tubercula rubra prodeunt, quae dolorem ardentem efficiunt; tuberculis enatis, pruritus omnino cessat (H.).

Paulo ante obdormiendum die aut vespera, diversis locis partium corporis mollium, pruritus lancinans aut potius punctus ruentes, pruritive ardentes (H,).

Pruritus titillans (die) in brachiis, manibus pedibusque cum tuberculis (H.).

430 Maculae rotundae, rubrae, lentiformes, quae maiores conspiciuntur in brachiorum cute, sine aliquo sensu, tactu non disparentes (H.).

Maculae rubrae, parvae in brachiorum et pedum cute, quae dolorem talem efficiunt, qualem urticae; cum tanguntur, per breve tempus evanescunt (H.).

Locus crudus, non dolorosus, vehementer ardere incipit (H.).

Languida est, brachia pedesque dolent, cum aliquem laborem suscipit, brachia desidere coeperunt et scalam ascendens, vix potest progredi (H.).

Inter eundum, maxime cum e sella resurgit, et ire incipit, omnium corporis partium infirmitatem sentit, quasi musculi omnes vim amiserint, inter progrediendum melius sese habet (p. 48 hor.) (H.).

435 Inter ambulandum sub dio sese debilissimam sentit (H.).

Aëre libero uti noluit, quamquam alias eo semper admodum fruebatur.

Inter ambulaudum sub dio sensus mollis et nausea, pedibus fessus est et tam infirmus capite, ut se casurum crederet; anhelat et pectus calore inficitur ad caput adscendente, in cubili evanescente, inter eundum sub dio vero redeunte (H.).

Inter minimos labores vires eum statim deficiunt (H.).

Gravitas et lassitudo in omnibus membris; pedes inter eundum prae gravitate vix potest promovere (H.).

440 Lassitudo totius corporis.

Cum e sella resurgit summam gravitatem pedum sentit (H.).

Languidus, segnis, lassus et somnolentus.

Melius se habere putat inter decumbendum (H.)

Mane e lecto ei non lubet resurgere et, quin languidus sit, diutius cupit cubare (H,).

445 Magnam lassitudinem sentit, e somno expergefactus (H.).

Paulo post expergefactionem e somno, (meridiano) magis aegrotat, omnia morbi incommoda exacerbata sunt et animus turbatus est (H.).

Altera nocte profundo fruitur somno et dormiendi cupidus manet per totum diem; in altera somnus inquietus, et nullum die sequente somni desiderium (H.).

Inter surgendum e lecto, animi defectionem sentit cum sudore frigido et strepitu in ventre (H.).

M a g n a e i e s t p r o p e n s i o o s c i t a n d i, o s c i t a t i o s a e p i u s r e p e t i t a p e r d i e m (H.).

450 Frequens oscitatio; ante prandium continuo oscitatur sitim magnam sentiens.

Magna somnolentia per diem et somni meridiani magnum desiderium; e quo expergefactae omnia membra torpuerunt (H.).

Pandiculatio (horis pomeridianis.)

Magna somnolentia, etiam interdiu per plures dies subsequentes. — Tam somnolentus, ut per diem totam dormiat; per 13 dies subsequentes.

Interdiu, cum solus est, magna laborat somnolentia (H.),

455 Noctu usque ad horam primam manus pedesque iactat, quasi anxietatis causa; iacet similis

mentis experti cum sudore frigido in fronte et ingemiscit, postea sequebatur lassitudo (H.).

Horis matutinis in lecto non potest manere; omnia dolent membra, quibus incumbit (H.).

Agrypnia ad horam primam usque, iactatio corporis continua in lecto; somnum capere nequit ob sensum quendam anxium caloris, tactu tamen non percepti.

Noctu inquietudo sanguinis, sero nec profundo fruitur somno, cogitationes sese pellunt, sine aestu, sudore ac siti (H.).

Vesperi, statim postquam in lectum se contulerat, caloris sensus et totius corporis calor externus sine siti, per totam noctem; locum saepe mutat, nullam fere partem denudare potest, quin illico vehementibus ventris doloribus afficiatur pungentibus et uti forcipe prementibus, quales a flatibus, modo in hanc, modo in aliam partem migrantibus producuntur, simul agrypnia a magna idearum abundantia oriunda. Qui status mane remittit, sine flatuum sensu (H.).

460 Agrypnia per noctem ob sanguinis inquietudinem; sese iactat in lecto (H.).

Somnus inquietus, cogitationum plenus.

Per plures noctes prae calore non potest dormire, lecti stragulum eum nimis calefacit, illud vero removendo frigoris sensus excitatur, attamen sine siti et fere sine sudore (H.).

Obdormiscere impediebatur per orgasmum sanguinis, usque ad horam mediam noctis H,).

Noctambulismus.

465 Ante horam noctis secundam non obdormiscere potest et sese in lecto huc et illuc vertere coactus est, ut infans in quiete turbatus; expergefactus mane adhuc valde somnolentus est (H.).

Hora quarta matutina demum obdormiscit et de mortuis somniat (H.).

Infans vesperi non potest obdormiscere, quietem capere non potest, iterum e lecto egreditur (H.).

Ante noctem mediam non potest obdormiscere ob sensum quendam horroris, qui pedem aut brachium corripit; postea paululum sequitur sudoris (H.).

Vesperi in lecto post brevem somnum expergiscitur, cum sensu, quasi quid in cordis scrobiculo se convolvat; simul nausea et suffocationis metu se erigere cogitur (H.).

470 Inter somnum gemitus post mediam noctem (H.).

Vespere, priusquam obdormiscat, terrore percutitur et cohorrescit (H.).

Somnio excutitur anxio et eiulat alte (H.).

Experrectus somnio se non potest abstrahere; vigil adhuc somniat (H.).

Qualibet noctis hora expergiscitur et somnii meminit; iterumque obdormiscens de alia re somniat, aeque clare et distincte memoriae experrectae obversante (H.).

475 Noctu maxime inquieta erat; hora tertia anxiis vexatur somniis et alte clamat (H.).

Somnia litigiorum et rerum indignantium plena (H.).

Per totam noctem distinctissime somniat de anxia et diligenti diurnorum negotiorum cura (H.).

In somnio occupatus est rebus domesticis (H.).

Noctu inter somnium e lecto egreditur, ianuam petit, ut exitura (H.).

480 Delirium nocturnum, e somno excitatus delirat (H.).

Mane, sole oriente in delirio blaterat de rebus perficiendis, dolore exoriente cessat delirium (H.).

Ante noctem mediam cum calore corporis valido et sudore (sine siti) imagines terrorem incutientes cum delirio, quasi milites gladiis eum peterent, ita ut aufugere tentaturus esset; corporis denudatione et refrigeratione cessabat delirium (H.).

Sub vesperam dormiens os huc et illuc vertit,

oculos aperuit, eos retorsit et deliravit, quasi vigil esset. Distincte locuta est at praeceps, non aliter ac si opinaretur, se hominibus aliis, quam qui aderant, circumdari; libere circumspexit, collocuta est ut cum alienis liberis et demum redire voluit (H.).

Post somnum meridianum frigoris sensus et caput turbidum (H.).

485 Noctu pluries ut bibat, necesse est.

Experrectus frigiditate et capitis dolore laborat (H.).

Frigoris sensus ei est supra totum corpus laevum (H.).

Frigoris sensus in brachiis (H.).

Frigoris sensus universalis per totam diem primam (H.).

490 Frigus in aëre libero.

Frigus totum corpus vehementer concutiens, ut in febre intermittente, quod cubitum eam cogit, cum dolore pungente in sinistro latere supra lumbum, qualem ulcus incipiens efficit, sine siti vel calore subsequente.

Frigiditatis sensus sub vesperam (H.).

Vesperi post cubitum frigus in lecto (H.).

Horror validus (H.).

495 Frigiditas in aëre libero cum eius abhorrescentia (H.).

Ambulatione sub dio peracta, frigore inficitur in cubiculo, sub dio non frigebat (H.).

Inter calorem repentinum, universalem, frigoris sensus (H.).

Calor volaticus.

Vesperi calor in externa auris parte, postea horror et frigus concutiens in femoribus (H.).

500 Febris: decumbendi necessitas, frigus, oscitatio, nausea, tunc sudor sine siti, inde ab hora vespertina decima usque ad horam matutinam decimam (H.).

Febris: horis antemeridianis calor (cum siti); ali-

quot horis post (pomeridianis) frigus sine siti cum faciei rubore et capitis dolore aliquo (H.).

Quovis motu et quovis strepitu, repentino et sicco calore invaditur (H.),

Accessus saepius recurrentes caloris solummodo in extremitatibus inferioribus, quae aquae calidae immergi ei videbantur (H.).

Vesperi genarum calor et rubor, frigus concutiens per totum corpus, cum cute anserina et siti (H.).

505 Primum sitis (post unam horam) tum sitis defectus, manibus pedibusque frigidis (p. 4 hor.) (H.).

Sitis magna (frigidi multum eum bibere oportebat) cum calore interno, quamquam externum corpus calidum non tangatur.

Sitis sine calore externo.

Vesperi sensus pituitae in faucibus comparet et bibendi desiderium (H.).

Vehemens sitis, potest et ei opus est, multum semel bibere, neque potu oneratur (H.).

510 Mane, inter surgendum, sitis magna (H.).

A cerevisiae potu sitis augetur (H.).

Calor solum internus, cum siti insatiabili (H.).

Calor extraordinarius in cordis scrobiculi regione vehementem ei sitim movet, (nullam vero in faucibus siccitatem) (H.).

Calor corporis sine siti (H.).

515 Mane calor siccus totum corpus saepius invadit (H.).

Noctu calor siccus (H,).

Mane caput aestuat (H.).

Tempore vespertino calor faciei (H.).

Macula rubra, rotunda, calida in gena in osse zygomatico (H.).

520 Calor internus validus, sanguis in vasis urere videtur (H.).

Modico motu facile incidit in sudorem, etiam noctu (H.),

Inter pastum et inter motum minimum sudat.

Sudor anxius somnum impediens.
Validus totius corporis sudor, capitis etiam, in lecto.

525 Sudor, qui abstersus olei instar erat, die noctuque.
Vehementissimus sudor calidus supra totum corpus, capilli etiam manabant.
S u d o r v a l i d u s n o c t u r n u s i n d e a b h o r a t e r t i a p o s t m e d i a m n o c t e m, per viginti noctes subsequentes.
A m b u l a n s i n a u r a f r i g i d a s u d a t t o t o c o r p o r e (*H.*).
Sudor calidus in volis manuum (*H.*).

530 Horis matutinis sudor, maxime pedum (*H.*).
Sudor acidus, validus, inter dulcem somnum nocturnum (*H.*).
Noctu hora tertia ante sudoris eruptionem sitit; postea per horas quatuor sudor dulciculo-acidus, ante cuius finem capitis dolor e premente et trahente mistus, comparuit; lecto relicto, caput turbidum (*H.*).
Subito evigilat noctu hora 3 et in lenem incidit diaphoresin ad horas matutinas usque continuantem, inter quam dulcissime iacet in dorso paululum dormitans, cum siccitate oris anterioris et labiorum, sine siti (p. 8 hor.) (*H.*).
Dubitationes et anxietates (*H.*).

535 Valde irritabilis, animus ad terrorem, timorem et ad indignationem valde pronus (*H.*).
Valde irritabilis et ad iram mobilis (*H.*).
Animus simul iracundus, irritabilis et lacrymosus (*H.*).
Irritabilis, laborem finire non posse credit, arripuit semper rem non rectam semperque aliud quid capere voluit, postea capitis dolor frontalis, premens (*H.*).
Nimia sedulitas, nimium incipere et perficere vult (p. 20 hor.) (*H.*).

540 (Moeror vehemens, nulla cogitandi propensio, debilitas animi virium) (*H.*).

Blateratio delira de negotiis; per horam unam (post dimidiam horam).
Saepius e lecto fugere vult.
A n x i e t a s, de f u t u r o t i m e t t e m p o r e.
Primum maestitia, postea (p. 5 dies) hilaritas.

545 Copiosa lacrymatio, per unum diem ac dimidium,
Animus demissus et ad rixam pronus.
Morosus, omnium rerum taedet.

Ferrum.

(Solutio ferri in acido muriatico, acetico, carbonico; plurima, quae hic sequentur experimenta, ferro acetico instituta sunt.)

Medici vulgares hoc metallum pro medicamento absolute roborante et non solum innoxio, verum etiam per se salutari habent. Quae conficta et tralatitia opinio quantum differat a veritate, iam hoc unum docet, quod ferrum valetudinem hominis sani mutet; eumque aegrotum, imo eo magis aegrotum reddat, quo efficacius in morbis se praebeat. Nil prodest, quod non laedere possit idem. —

Jam e valetudine accolarum fontium martialium discere potuissent, quantis viribus pathogeneticis metallum hoc polleat. Quum enim omnes aquae talis regionis plerumque particulis eiusmodi metallicis praegnent, incolae iisdem utentes signa influxus morbifici manifesto referunt. Pauci ibidem sunt, qui propter singularem corporis indolem potentiae noxiae continuae eiusmodi aquarum resistere et sanitatem servare possint.

Licet ceterum vitae regimen omni reprehensione careat, plura tamen, quam alibi, mala chronica gra-

via et peculiaria ibi inveniuntur. Debilitas paene paralytica totius corporis vel singularum partium, species quaedam dolorum artuum, varia abdominis incommoda, ciborum vomitus diurni nocturnique, molestiae phtysicae haud raro cum haemoptysi iunctae, defectus caloris vitalis, menstrua suppressa, abortus, utriusque sexus impotentia, sterilitas, icterus multaeque aliae rarae cachexiae toto die ibi occurrunt.

Ubinam est ferri innocentia et praedicata illa salubritas absoluta? *Felices* illi, qui fontem martialem ipsum, sic dictum *salutarem*, aliasque similis mixturae aquas *quotidie* bibunt, quoad maiorem partem *misera* valetudine laborant! Quid hactenus medicos impedivit, quo minus facta haec conspicua observarent et ex iis causam eorum generatricem, nimirum *vim ferri pathogeneticam* colligerent? Quibus rationibus ducti definire volunt, quibus morbis fontes martiales respondeant an non?

Quid? nonne multi aegroti, quos balneis et fontibus illis uti iusserunt, miseriores inde revertunt?

Unica est errores vitandi via, cognitio nempe virium medicaminis propriarum, quas in effectu suo primario exserit, earumque cum symptomatibus morbi de quo agitur, comparatio, qualis doctrina homoeopathica docetur.

Magnae et crebrae ferri doses, sicuti etiam balnea plura martialia, effectum per mensem integrum exercent. Imo parvae doses, partem $\frac{1}{1000}$, vel $\frac{1}{10000}$, vel $\frac{1}{50000}$ grani huius metalli continentes, quibus medicus homoeopathicus uti solet, actionem aliquot dierum habent.

Mala diuturna, ferri abusu orta, magnam partem hepate sulphuris calcareo (dosibus singulis vel duabus $\frac{1}{100}$, vel $\frac{1}{1000}$ grani adhibitis) emendantur; reliqua plurima incommoda anemone pratensi tolluntur. Si vero symptomata his medicamentis non respondeant, aliud eligendum est antidotum, quod effectum simillimum proferat.

St.

Ferrum.

Symptomata.

Vertigo inter decumbendum quasi pronus truderetur aut curru veheretur (praecipue oculis clausis).

Vertigo inter descendendum, quasi prona caderet.

Inter eundum tam lapsabunda et temulenta quasi praeceps ageretur.

Inter eundum vertiginosus et nauseabundus; caput ad latus dextrum semper pendere velle videtur.

5 Aquam profluentem adspiciens lapsabunda et vertiginosa fit in capite, quasi omnia cnm ea in gyrum agerentur.

Sanguinis congestio ad caput; capitis venae per horas duas tumidae erant, cum ardore aliquo volatico in facie.

Aër frigidulus liber capitis superiorem partem pressu singulari afficit, qui in cubiculo sensim sensimque cessabat.

Nulla cogitandi lubido et capitis obnubilatio.

Qualibet vespera capitis dolor et oppressio supra nasi radicem.

10 Caput vacuum est et turbidum, praecipue horis matutinis.

Capitis gravitas.

Punctio discindens in fronte.

Capitis dolor fluctuans ut unda per horam unam.

Dolor capitis vehementer pungens in sinistro latere, pomeridiano tempore per quinque horas.

15 Capillorum casus, inter quem capitis cutis dolet cum formicatione.

Tensio a cervice ad caput, in quo tunc punctus et strepitus percipiuntur.

Oculorum obtenebratio vespertina; dolore premente supra oculorum cavitates afficiebatur et sanguinis paululum e naribus stillabat.

Dolor in externis capitis partibus, quasi cruore suffusum sit; capilli tacti dolent.

20 Vesperi pruritus in oculis et pressio in iis ut ab arenulis.

Per quinque dies oculi rubri cum dolore urente (post tres dies.)

Oculi dolent quasi valde soporosi et clausuri sint; ardor etiam in iis sentitnr.

Pressio in dextro oculo; noctu palpebrae conglutinatae sunt.

Per duas tantum horas scribens, oculos non amplius potest plene aperire, aqua suffunduntur, quasi haud sufficienter dormivisset.

25 Rubor ac tumor palpebrae superioris et inferioris, in superiore hordeolum pure impletum; inferiores palpebrae oblitae sunt lema (purulenta pituita).

Pupillae minoris tantum dilatationis sunt capaces.

Sanguinis effluxus e nare sinistra (quater per decem horas) vesperi etiam in pronatione.

Susurrus in auribus, qui, sicuti seusus molestus in cerebro, capitis pronatione in mensam minuitur.

Sonitus ante aures ut a cicadis.

30 Labia pallida.

In posteriore et in media linguae parte continuus sensus dolorosus, uti punctus lenes, haud intermit-

tentes, qui, cibo et potu tacta lingua, acutiores fiunt; cum cibus et potus non capitur, sensus est, quasi lingua combusta esset.

Inter deglutiendum dolor colli premens cum ardore in pharynge; colli musculi rigidi videntur et motu dolent.

Sensus constrictionis ad collum.

Diuturnus glandularum tumor in collo.

35 Cibus modo captus per vomitum redit.

Solius cibi vomitus, statim postquam capti sunt; per octo dies.

Simulac aliquo fruitur cibo, vomitus cietur ut a nausea.

Vomitus ante noctem mediam inter cubandum vehementissimus est et praecipue cum iacet in latere.

Vomitus eorum, quibus fruebatur illico post mediam noctem; cuiuslibet cibi et potus fastidium et aëris liberi fuga sequitur (p. 6 hor.)

40 Singulis horis matutinis vomit (cibo capto) pituitam solam et aquam (at nullum cibum); verminationis species, aqua ex ore fluit et gulam quasi constringit.

Semper nauseabunda et vomituriens est.

Vomituritio per tres horas.

Quidquid vomit acidum est et acre.

Valde vomit, si acido et cerevisia fruitur.

45 Cerevisia acidula excitat ventriculi ardorem.

Cerevisia caput occupat et ius e cerevisia coctum excitat ardorem et anxietatem.

Inappetentia sine sapore malo et sine siti.

Ructus haud cessans simulac aliqua re fruita erat.

Maxime nauseabundus in gula, quasi vomituritio sequeretur, denique vero ructus seqnitur.

50 Appetitus exiguus, maxime exiguus carnis, semper sibi repletus videbatur.

Appetitu et sapore iusto cibum capit meridie; cibo vero capto per intervalla ructus et ciborum eructatio sequitur sine nausea et vomituritione.

Ambulatione peracta turgor, quasi a ructatione instante, qui vero post pastum evanuit.

Simulac cibi aliquid edit, pressionem in ventriculo sentit.

Pressio in abdomine infra ventriculum simulac aliquid ederat aut biberat.

55 Post potum et pastum vehemens cardialgia.

Dolor ventriculi crampoides.

Cardialgia e carnis usu orta.

Pane tantum butyro oblito frui potest, caro eum non iuvat.

Omnes cibi solidi ei sicci sunt saporis, quasi succo omnino careant; iustum quidem praebent saporem at nihil grati.

Appetitu caret, et semper satiatus sibi videtur; potulenta ei melius conducunt et lubenter sumuntur.

60 Quamquam appetitu non careat, pauca modo edere potest, illico repleta est et ab esculentis premitur.

Post prandium sitit.

Absoluta sitis absentia.

Esculenta omnia, quibus fruitur, saporis sunt amari.

Sapor in ore nonnunquam est terreus.

65 Tempore pomeridano sapor putridus in os eius assurgit, qui eum appetitu omni privat.

Si ante mediam noctem per horam unam dormivit, ardor ei ascendit quasi ex abdomine; os siccum est et vapor ingratus et sapor putridus os occupat.

Dolor cordis scrobiculi a tactu motus.

Dolor ventris leniter pungens.

Turgor lenis abdominis sine flatuum molestia.

70 Borborigmi validi die noctuque.

Abdomen durum et tumidum.

Spasmus constringens in intestino recto per breve tempus.

Pruritus exedens in intestino recto, et cum sede pituitosa ascarides abeunt.

Ferro ascarides augeri videntur; prae pruritu in intestino recto noctu non poterat dormire; ascarides ex ano noctu serpserunt. *)

75 Obstructio alvi et varices nodosi in intestino recto, qui in alvi deiectione pressionem dolorosam efficiunt.

Cum qualibet sede pituita, immo etiam sanguinis aliquid abiit.

Magni haemorroidum nodi in ano prominent.

Frequens alvum exonerandi impulsus cum dolore urente in ano et dorsi inter motum.

Diarrhoea saepius repetita.

Urinae profluvium involuntarium, praecipue die.

80 Penis rigiditas per diem, nulla re eam excitante.

Pollutiones nocturnae.

Leucorrhoea ut aqua lactea, exedens et corrodens.

Leucorrhoea antea non dolorosa fit dolorosa, quasi partes corrosae essent.

Ante fluxum mestruum pituita longe extensa excedit ex utero, simul oritur tumultus in ventre, ut alias inter menstruationem,

85 Doloris sensus in vagina inter concubitum.

Ante fluxum menstruum dolor pungens in capite et sonitus ante aures.

Mane dolores quasi ad partum in abdomine, non aliter ac si menstruatio inciperet (p. 12 hor.)

Menstruatio, cuius terminus iamiam aderat, aquis martialibus adhibitis, statim profluit et duplo fortior, quam antea. **)

Menstruatio duos tresve dies remanet, et tunc redit.

---

*) A potu aquarum pyrmontanarum.

**) Hic primus ferri est effectus, symptomata sequentia secundum effectum constituunt, quare hoc remedium ei solummodo menstruationis suppressioni prodesse potest, cuius reliqua symptomata homoeopathice ferro conveniunt.

90 Menstruatio uno die serius incipit; minor sanguis et aquosus profluit cum torminibus vehementibus in abdomine (post sex dies.)

Menstruatio termino serius post aliquot demum dies profluit.

Menstruatio per octo hebdomades cessat.

Per tres annos cessat menstruatio. *)

Vaginae prolapsus solum in graviditate, alias non locum habet.

95 Abortus.

Sterilitas sine abortu.

* * *

Siccitatis et pituitae sensus in pectore; siccitas bibendo ad breve tantnm tempus minuitur.

Asthma et artuum lassitudo, vehementior horis antemeridianis; saepe lenitur ambulatione brevi; nonnunquam vero per ambulationem sub dio vehementer exacerbatur.

Respirare non valet, in sedendo etiam inspiratio molesta est.

100 Vesperi in lecto gula constringitur, sanguis in caput congeritur, in externo collo et intra scapulas et in toto trunco, dum pedes frigidi sunt; matutinus sudor.

Mane in lecto (circa horam sextam) constrictio universalis in cordis scrobiculo dolorosa, quam tussis aliqua crampoides cum pituitae eiectione insequitur.

Pectoris constrictio, quasi arcte ligatum esset; asthma anxium quod eundo exacerbatur.

Crampus constringens in pectore.

Respiratio difficilis et pectoris angustia, non aliter ac si quis manu valide id comprimeret.

---

*) Inter continuum potum aquae martialis.

Pectoris angustia; molesta et lenta respiratio, eundo, aut loquendo, aut assidue legendo aut scribendo minuta; vehementior est inter sessum otiosum et quietum et multo vehementior inter cubitum praecipue vesperi, saepius halitus repetere eum oportebat, antequam pulmones aëre repleti erant.

105 Pressio in superiore sterni parte cum catarrho et tussi.

Nonnunquam sese erigere in lecto coactus est post mediam noctem propter pectoris angustiam.

Asthmatis species; anxietas in cordis scrobiculo, respirationem impediens.

In corporis motu ardor inde a cordis scrobiculo, anxietati similis; decumbere eam oportebat.

110 In corporis motu punctio in latere et noctu in lecto punctio in sterno.

Pectoris dolor et punctio et tensio inter scapulas, movere se non poterat.

Dolor pectoris, quasi conquassatum esset. Crampus constringens pectoris et t u s s i s, i n t e r s o l a m m o t i o n e m e t a m b u l a t i o n e m.

Tussis obtusa sine expectoratione; inter tussim spiritus deficere ei videtur.

115 Tussis vesperi post cubitum sicca est, inter eundum vero cum expectoratione coniuncta.

Tussis magis in motu, quam in quiete.

Aestus in superiore sterni parte post tussim.

Tussis nocturna, sanguinea, quam maior sequitur anxietas.

Tussis sanguinea mane cum e lecto surgeret.

120 Per screatnm pituitam sanguineam ejicit (post quinque dies.)

Dum parvulo praebet mammas, tussi cum sanguinea eiectione laborat.

Expectoratio purulenta, albida, copiosa post tussiculam.

Expectoratio matutina copiae puris (saporis putridi),

Mane inter expergiscendum expectoratio puris viridis copiosa saporis insipidi.

125 Tussis per diem totum, vesperi etiam post decubitum non plane cessans.

Lancinatio in dorso inter sedendum etiam et cubandum.

Inter brachiorum motum punctio in scapulis.

Inter scapulas lancinatio etiam in sedendo, qui eundo exacerbatur.

Inter eundum ictus punctioni similes in dorso, qui ad lumbos magis quam ad superiores partes se extendunt, dolorosiores sunt post sedendum aut standum, quasi pondere tollendo laesus esset.

130 Dolor in dorso dum a sella resurgit.

Dolor contusionis in dorso.

Crepitus in humeri iunctura, quae, cum tangitur, ut contusa dolet.

Dolor, punctio et lancinatio ab humeri iunctura ad brachium idque excedens, qui eum impedit, quo minus tollat brachium.

Paralyseos species: tanta infirmitas, ut brachia attollere nequeat, ob tensionem dolorosam inter scapulas et in sterno.

135 Dolor tensivus in brachio, quo gravis fit et debilis.

Nulla ei quies in brachiis erat, eaque modo flectere modo extendere eum oportebat.

Brachium dextrum non valet attollere, punctionem et lancinatum sentit in humeri iunctura, quae, cum tangitur, ut contusa dolet per brachium totum superius, et humeri iunctura crepat.

Manuum tumor, subsequa earum excoriatione.

Manuus pedesque tumidi sunt usque ad genua.

140 Digitarum crampus, torpor et stupor.

Mane cum laborare vult, tremorem sentit in manibus.

Paralyseos species; lacerans dolor cum ictibus validis a iunctura femoris ad tibiam et plantam (femoris caput, cum tangitur semper vehementer dolet, ut contusum), per diem pedibus insistere nequit doloris causa, qui eundo minuitur; vesperi post decubitum dolor vehementissimus est, surgere eum oportet et ambulare usque ad mediam noctem, ut eum leniat.

Punctio et laceratio in femoris iunctura — quae, cum tangitur, ut contusa dolet — usque ad tibiae inferiorem partem; vesperi in lecto dolor est vehementissimus, ita ut surgere et ambulare eum oporteat.

Dolor paralyticus in femore, etiam in sedendo; cum per tempus aliquod curvata sederat, eam oportet, ut dolorem leniat, pedem extendere, cum e sella surgit, dolor ille patalyticus vehementissimus est, eundo vero minuitur.

145 Torpor in femore.

E sella surrectus debilitatem et lassitudinem in poplitibus sentit, praecipue etiam inter eundum.

Genuum debilitas, ita ut procumberet.

Genuum et articulationum pedum tumor et dolor, praecipue cum genua in lecto extenderet.

Dolor constringens in genuum et plantae iuncturis.

150 Genua prae doloribus, quasi a fatigatione nimia ortis, modo curvare, modo extendere eum oportebat; nulla in iis erat quies.

Mane inter surgendum e lecto crampus dolorosus in sura (p. 16 hor.)

Vesperi inter eundum (cum inciperet ire) dolor constringens ut crampus in tibia et in sura; qui cessat eundo.

Tensio dolorosa in cruribus.

Crurum dolor quasi a contusione, mane in lecto, qui paulo post surgendum cessat.

155 Crura contremescunt et inter eundum dolent ut contusa.

In femoribus sensus, quasi a narcosi.
Post ambulandum requiescens, pedum rigiditate laborat, cum eos iterum movere vult,
Varices in pedibus.
Pedum tumor usque ad talum.
Crampus dolorosus in plantis.

160 Magno cum dolore crampus digitos manuum pedumque curvat.
Pedes valde frigidi sunt, eosque prae lassitudine vix secum trahere poterat,
Post pastum pedum lassitudo.
Pedes eam vix ferre possunt.
Inter eundum incidit facile in lassitudinem.

165 Valde lassus, macer, et somnolentus est.
Maxima debilitas, lassitudini similis (illico).
Gravitas, lassitudo et languor artuum (p. 48 hor.)
Debilitas totum corpus occupans, quae etiam loquendo excitatur.
Debilitas ex lassitudine orta, quae anxio tremore alternat.

170 Totius corporis tremoris paroxysmi frequentes.
Incommoda sedendo validiora redduntur leni vero motu meliora.
Ambulatione sub dio valde afficitur quasi a syncope.
Inter eundum quasi a Syncope sensus; caligo oculis offundebatur; apoplexia corripi videbatur; inter quemque gressum tinnitum ante aures et in capite percipit.
Desiderium decumbendi insuperabile (p. 1 hor.)

175 Continua lassitudo et somnolentia diurna (cuius breve modo levamen somnus est).
Post prandium somnolentia et capitis obnubilatio, levis etiam capitis dolor supra nasi radicem; literis operam navare non poterat.
Cum sedet, statim obdormitura est quaque diei hora.
Somnus levis, haud profundus.
Diu decumbit, antequam obdormit.

180 Quaque noctis hora evigilat, et tunc leviter modo obdormiscit.

Defatigata obdormit, nihilo secius somno utitur inquieto diuque vigilat, antequam obdormit, mane tamen cum surgit haud lassa est.

Noctu in tergo modo potest recumbere.

Noctu somnus inquietus.

Noctu somniorum copia turbatur; mane in surgendo magna lassitudo.

185 Somnus inquietus, somniorum plenus cum seminis profluvio.

Somniat, se in bello versari, in aquam lapsum esse etc.

Iactatio anxia in lecto post mediam noctem.

Anxietas per noctem, quasi aliquid mali patrasset, dormire nequibat et se in lecto iactitabat.

Somnus profundus matutinus usque ad horam nonam, ex quo sese expedire non potest.

190 Semiclausis dormit oculis.

Vesperi in lecto totum corpus frigore occupatur, cum tamen calidior fieri deberet.

Ardor post prandium.

Magnus sudor in eundo et sedendo per diem.

Sudor per diem inter eundum.

195 Circa mediam noctem in sopore saepe sudat.

Sudor matutinus per longum tempus.

Vesperi ante decubitum frigus concutiens absque frigore externo; in lecto per totam noctem frigebat.

Sudor nocturnus cum lassitudine.

Mane, sole oriente, capitis dolor, subsequo sudore usque ad meridiem; hic accessus alternis diebus obtinebat.

200 Mane impetus pandiculandi et oscitandi, in quo oculi aqua sunt suffusi.

Die sanguinis ebullitio et vesperi ardor praecipue in volis manuum.

Ardor corporis cum genarum rubore, inter quem caput non est turbatum (p. 24 hor.)

Asperitas animi, rixandi studium, importunitas (p. 4 hor.)

Altera vespera laetus, altera moestus et melancholicus erat.

205 Exigua occasione data anxietas sequitur cum pulsatione in cordis scrobiculo.

Anxietas, quasi aliquid mali patrasset,

Observata medicorum veteri doctrinae addictorum.

Capitis obnubinalitio et stupor, uti a crapula (*Ritter*, in Hufelandi Journal XXVI. 1.). *)

Pallor faciei et labiorum (*Ritter*, l. c.).

Cardialgia premens et maxime dolorosa (a pulvere ferri alcoholisato excitata) (*Schmidtmüller*, in Hornii Archivo IX. 2.)

Vehemens cardialgia cum maxima tensione (ab aliquot granis limaturae martis) (*Zacchiroli*, in *Kühnii* Magazin f. Arzneimittellehre I.)

5 Tumor cardiae et abdominis (*Schmidtmüller*, l. c.).

Dolores vehementes contractorii abdominis et dorsi (*Ritter*, l. c.)

Diarrhoea cum doloribus vulsoriis in abdomine, dorso et ano (*Rttter*, l. c.)

Diarrhoea (*Ritter*, l. c. *Lentin*, Beiträge p. 75.).

Haemorrhoidum fluxus vehemens (*Ritter*, l. c.).

10 Pruritus in arteria aspera tussin excitans (*Ritter*, l. c.).

In pectore angustia et plenitudo (*Ritter*, l. c.).

Orgasmus sanguinis ad pectus: baemoptysis (*Ritter*, l. c.).

Sputa pauca, tennia, sanguine hinc inde mixta (*Ritter*, l. c.).

Spasmus tonicus femorum superiorum et infeferiorum (*Scheerer*, in Hufelandii Journal III.).

---

*) Quae a Rittero observata sunt symptomata, a potu aquarum Pyrmontanarum et Sualbaciensium orta sunt; in iis itaque acidum carbonicum respiciendum est.

Observata aliorum.

15 Magna totius corporis trepidatio, per plures hebdomades durans (*Harcke*).

Corripitur syncope, sequente magna per omnem diem asthenia (*Ritter*, l. c.).

Anxietas (*Ritter*, l. c. Wepfer et Nebel, Dissert. de medicam. chalybeat. Heidelberg 1711).

Helleborus niger.

(Succus radicis recentis paribus mensurae partibus spiritus vini rectificatissimi mixtus, vel tinctura spirituosa e pulvere radicis siccae extracta.)

Pauca sunt, quae hactenus ego nonnullique e discipulis meis de radice huius plantae observarunt symptomata; initium solum uberioris cognitionis, continua scrutatione acquirendae, exhibent. Attamen iam ex imperfecto isto symptomatum indice apparebit, pharmacum hoc in singulari quadam febris specie, in quibusdam morbis oedematosis, nec non in certis animi affectionibus, salutare esse debere.

Si quando omnes effectus pathogenetici, quos suapte natura excitare valet, plenissime investigati erunt, non amplius nos latebunt mirificae illae morborum sanationes, quas Graeci olim Helleboro suo perfecerunt; nam planta, qua hi usi sunt, species Hellebori, petalis pallide rubentibus distincta, fuit, cui Helleborus niger noster proxime accedit. —

Efficientiae diuturnitas magnarum huius medicaminis dosium aliquot septimanas amplectitur. — Ef-

fectibus primariis nimis vehementibus impediendis Camphora frequentissime idoneam se praestitit. Effectibus secundariis noxiis tollendis Cinchona optime convenit.

Puritatem radicis, quà ego experimenta mea institui, penitus perspectam habui, quippe quum ipse eam collegerim. *)

E. G. a B.

---

*) Praeter Hahnemannum ipsum octo e discipulis eius, nimirum Stapf, Wislicenus, Hartmann, Rückert, Mossdorf, Hornburg, Langhammer et Kummer effectus huius medicaminis observaverunt.

Helleborus niger.

Symptomata.

Vertigo dum caput pronatur et denuo erigitur; cessans statim post erectionem (p. 10½ hor.)
Capitis stupiditas et gravitas *) (*H.*).
Capitis stupiditas et ardor internus (*H.*).
Capitis gravitas et calor internus, simul digitorum frigiditas et frigoris sensus per totum corpus, qui manibus tectis et calefactis minuitur. (p. 1 hor.) (*H.*).
5 Capitis gravatio stupefaciens, dolor obtusus quovis pomeridie ab hora 4. usque ad horam 8. (*H.*).
Stupor capitis, (statim).

*) Diversis ex observationibus concludo, stuporem sensorii communis ad symptomata principalia et proxima Hellebori nigri pertinere: Oculis integris imperfecte tamen obiecta videmus neque ea, quae vidimus, attendimus; integris auditus organis nihil distincte audimus; iustis gustatus organis nihil bene sapimus; cogitationibus vel semper vel saepe caremus; rerum praeteritarum adeoque earum, quae mox evenerint, non recordamus; somni sani et restaurantis expertes leviter tantum dormimus; laboribus incumbere volentes, mentis attentione vel viribus necessariis destituimur.

Mens cogitando impar. (p. 10 hor.)

Cerebrum grave atque tensa cute cinctum videtur.

Memoriae imbecillitas: intentione et aliquo temporis intervallo opus est, ut eorum recordetur, quae mox dicere volebat et de quibus interrogabatur (p. ½ hor.)

Quae legit, ne per momentum quidem memoria servat.

10 Dolor conquassationis in occipite (p. 43 hor.) (*H.*).

Dolor conquassationis, cum stupiditate, mox in hac mox in illa cerebri parte, vehementissimus inter pronationem.

Capitis dolor unilateralis, lancinans, cum horrore (*H.*).

Capitis dolor a nucha versus verticem directus (*H.*).

Capitis dolor penetrans, qui inter sessum erectum in cerebri ardorem internum transit.

15 Ob doloris violentiam caput mox hoc mox illo modo tenet; minuitur illa paululum, si quiete cubat atque oculis clausis animum a mali sensu avertere nititur (*H.*).

Capitis gravitas valde dolorosa, cum tensione et pressione in temporibus et fronte, ab externo versus internum directa; simul cum quovis pulsu tractio premens quasi sanguis violenter per arterias capitis prematur. Aderat hoc symptoma integro die, praesertim inter febrem; minuebatur in aëre libero (*H.*).

Dolor premens in nasi radice.

Capitis dolor foras premens, in latere frontis dextro.

Dolor, quasi totum cerebrum introrsum prematur, quovis gressu in aëre libero sensibilis (p. 1 hor.)

20 Pressio in vertice, quasi a cuspide obtusa.

Dolor capitis vehementer premens, praecipue in occipite, mane quum expergefactus est (p. 41 hor.)

Dolor continuo premens in occipite versus nucham.

Dolor premens in tubere frontali dextro, eundo in aëre libero adauctus.

Dolor comprimens in utroque tempore.

25 Pressio in cerebro, quasi ab utraque parte et versus verticem comprimatur.

Tractio premens, stupefaciens, vertiginosa, mox in hac mox in illa cerebri dimidia, vel etiam in toto cerebro.

Tractio premens in laeva cerebri dimidia, a parte posteriori usque ad frontem, quasi massa cerebri hic coacervetur.

Cephalalgia trahens in vertice, mane (p. 24 hor.)

Tractio obtusa in fronte, ita ut cutis frontalis corrugetur.

30 Musculi frontales corrugantur.

Pulsatio in tempore sinistro, quae semper punctu finitur (p. ½ hor.)

Punctus quasi e cerebro adscendentes, in regione suturae coronalis.

Punctus acuti complures, externi, primum in dextro, tum in laevo latere frontis (mane, p. 3 vel 4 hor.)

Punctus terebrantes, transversa regione frontem penetrantes (p. 14 hor.)

35 Conquassationis dolor externus in occipite et vertice, praesertim inter horrorem febrilem; quovis motu, praecipue pronatione et scalarum adscensu dolor in vulsionem vehementem integumentorum capitis externorum mutatur, quae manuum impressione minuitur (p. 48 hor.)

Sensus, quasi integumenta occipitis stricte deorsum tendantur (p. 41 hor.)

Pulsus sensibilis in fronte et temporibus, facie calida (p. 6 hor.)

Parvuli tumores in cute frontis, qui veluti a conquassatione aut ab ictu dolent (*H.*).

Color faciei flavidus (*H.*).

40 Pallor faciei inter capitis calorem (*H.*).

Vibrationes musculorum in superciliis et genis.

Dolor huc illuc trahens in arcubus superciliaribus, et contractio spastica musculi superciliaris (p. 10 hor.)

Palpebrarum vibrationes (*H.*).

Oculi luce diei offenduntur; ne quidem res proxime eum circumdantes adspicere vult, sed oculis clausis cubat (inter febrem) (*H.*),

45 Pupillae dilatatae (primis horis) (*H.*).

Sensus in palpebris superioribus quasi a pondere deprimantur; intentione opus est, ut plene eas aperiat (p. 7 et 8 hor. in aëre libero) (*H.*).

Pressio in orbitis, quasi oculi excasuri sint.

Pressio dolorosa in angulo interno oculi dextri, quae oculum claudendo augetur (p. 9 hor.)

Pruritus in oculi angulo (p. $\frac{3}{4}$ hor.)

Pruritus ardens et mordax in oculis, praesertim in angulis internis.

50 Punctiunculae in oculis, quasi lacrymas effusuri sint (statim).

Mane, postquam expergefactus est, punctiunculas vehementes super bulbum oculi eiusque tunicas sentit (p. 9 hor.)

Mane, postquam expergefactus est, anguli oculi laevi attriti et paululum humidi sunt.

Anguli oculorum interni mane lema sicca repleti (p. 9 hor.)

Tractio dolorosa a tempore versus aurem (statim).

55 Pressio in cavo pone lobulum auriculae (*H.*).

Tractio in aure utraque, quasi auris interna displosura sit, species otospasmi.

Simul cum odontalgia punctim lancinante punctio ruens et terebrans in aure dextra per totam noctem; mane atque toto die sequente dolor aurium solus remanet.

Prope aurem et ramum adscendentem maxillae inferioris punctiunculas continua serie percipit (p. 30 hor.)

Ardor pruriens in ala nasi laeva.

60 Pruritus mordax infra nasum et in labio superiore, sicuti incipiente coryza adesse solet.
Ulceratio anguli labialis cum pruritu (*H.*).
Mane, papulam vesicae similem in medio labii superioris animadvertit.
Vespere, postquam lecto decubuit, dolorem punctim lancinantem in dentibus molaribus utriusque maxillae per totam noctem sentit; inde dentium molarium inferiorum elongationem percipit.
Dum dentes comprimit: dolor lancinans, versus radices directus, in dentibus molaribus tertiis utriusque maxillae (statim).

65 Lingua omnino sicca et alba, mane postquam lecto surrexit (p. 24 hor.)
Papula tactu punctim dolens in apice linguae.
Rasio in posteriore palati parte.
Palati siccitas molesta eiusque dolor secans et radens, dum oris anguli ad deglutiendum moventur (per multos dies).
Inter deglutitionem: pressio et attritionis sensus in faucibus (*H.*).

70 Fluxus salivae (*H.*).
Confluxus salivae continuus, post $1\frac{3}{4}$ hor.
Sapor amarus in cavo oris per se; amarior adhuc si quid assumit.
Edere quidem capit, cibi vero non bene sapiunt et nauseam momentaneam efficiunt, quae cessat simulac edere desinit (*H.*).
Fastidium eduliorum vegetabilium viridium, integro tamen panis carnisque appetitu (per totam septimanam (*H.*).

75 Omnium ciborum fastidium (*H.*).
Ructus inanes, sine sapore.
Ructus inanes, sicci, frequentes per primas horas, deinde penitus cessantes.
Singultus (p. 2 hor.)
Nausea (p. 40 hor.) (*H.*).

80 Nausea vomitnriens e cardia adscendens.

Nausea cum ructibus inanibus (*H.*).

Nauseae sensus in stomacho; saepe esurire sibi videtur, sed cibos statim fastidit, licet iustum saporem ei reddant (p. 24 hor.)

Conquassationis dolor fortis iuxta et infra scrobiculum cordis, in regione pylori; qui dolor augetur alte loquendo et tactu loci affecti (*H.*).

Sensus quasi scrobiculum cordis introrsum trahatur (*H.*).

85 Scrobiculi cordis et totius regionis epigastricae expansio, quae respirationem angustat et sensum uti ab apostemate interno provenientem gignit (*H.*).

Quovis gressu impressionem dolorosam in scrobiculo percipit.

Sensus radens in stomacho, quasi a frictione cum panno laneo oriatur.

Dolor uti forcipe premens in stomacho (p. $2\frac{1}{2}$ hor.)

Ponderis sensus in abdomine (p. 2 hor.)

90 Frigoris sensus in abdomine (*H.*).

Borborygmi (*H.* e. a.).

Ingentes strepitus et motus in abdomine, quasi quid volutetur (statim) (*H.*).

Expansio abdominis momentanea (vespere, p. 5 dies.)

Motus in abdomine quasi vesicae adscendant et displodant, flatibus foetidis subsequis.

95 Tormina, in regione hepatis incipientia, inde versns imam et anteriorem abdominis partem directa.

Tormina dysenterica, vehementia, per abdomen transversum; post pastum.

Tormina in abdomine dum scalas scandit.

Pressio acuta per transversum abdomen infra umbilicum, ab externo versus internum directa, fortior inter sedendum (p. 24 hor.)

Dolores ventris (*H.*).

100 Punctus aliqui in abdomine, dolore per transversnm lancinante subsequo (p. $\frac{1}{2}$ hor.)

Loco sedis ordinariae gelatina alba, spermati ranarum similis, ter quaterve quotidie cum multa pressura decedit (*H.*).
Diarrhoea (*H.*).
Diarrhoea cum ventris dolore ante sedes incipiente et post eas statim cessante.
Obstructio alvi primo die, alvus ordinaria altero die mane, diarrhoea pomeridie (*H.*).
Sedes pituitae merae, tenacis, albae (*H.*).

105 Sedes rarae, durae; inter eas et statim post eas punctio vehemens et discindens in recto, ab inferiori parte versus superiorem directa (p. 12 hor.)
Post sedem: dolor ardenter mordax in ano per horae sexagesimam.
Pressiones singulae, momentaneae, in punctus transeuntes, in regione inguinali dextra, quasi hernia ibi nascitura sit.
Pressio fortis, dura, super medium ossis pubis (p. $\frac{1}{2}$ hor.)
Mictio crebra (*H.*).

110 Mictio copiosa urinae aquosae.
Micturitio (*H.*).
Micturitio, cum urina pauca, post horae $\frac{3}{4}$, hores $2\frac{1}{2}$, 3 et $5\frac{1}{2}$; mictio urinae copiosae sine micturitione, post horas 24 et 26.
Punctiunculae plures titillantes in apice glandis (p. $\frac{1}{2}$ hor.)
Fluxus mensium, post 8 horas (*H.*).

115 Veneris appetitus violenter suppressus videtur.

* * *

Titillatio spasmodica in naso, ad sternutationem incitans quae tamen non succedit; simul oscitatio (p. 1 hor.)
Sternutatio mane, subsequa rhagade labii superioris.

Respiratio cita (*H.*).
Tussicula (*H.*).

120 Orthopnoea: spiritum lente et alte ducere cogitur; post horae ¼.
Scissio acuta prope costas veras infimas, per transversum pectus; inspiratione dolor augetur.
Calor adauctus in parte inferiore cavi pectoris.
Sensus radens et scaber in parte superiore sterni.
Rigiditas rheumatica nuchae (*H.*).

125 Glandulae colli dolent (*H.*).
Si collum movetur, plures musculi eiusdem rigent et dolent.
Rigiditas musculorum nuchae usque ad occiput, inter motum capitis (mane post horas 41).
Dolor obtusus in scapula laeva, motu auctus.
Conquassationis dolor spinae dorsi intra scapulas.

130 Dolor constringens in regione sacra (*H.*).
Musculorum brachii superioris laevi vulsiones visibiles, cum dolore quasi aliquid duri huic parti vehementer illidat.
In brachio superiore dextro sensus uti ab ictu, cessans tamen inter tactum.
Lancinatio subtilis in fistulis ossium brachiorum.
Tractio fortis a medio antibrachio usque ad flexum cubiti.

135 Dolor trahens a carpo manus dextrae usque ad digitum indicem (p. 10 hor.) et in tendinibus flexoribus.
Punctiunculae fortes in articulo manus laevae, vespere inter eundum in aëre libero (p. 13 hor.)
Sudor volarum manuum, dorsis earum frigidis (p. 2 hor.)
Lancinatio in dorsis omnium digitorum manus laevae (p. 18 hor.) Dolor terebrans in articulo medio digiti medii et indicis eiusdem manus (p. 20 hor.)
Lancinatio debilitans in digito auriculari manus dextrae (p. 27 hor.)

Lancinatio debilitans et torpor spasticus digiti annularis manus dextrae cessans inter quietem. — Tanta debilitas manus utriusque, ut nihil digitis prehendere neque pugnum formare possit.

Pressio dolorosa per transversum pollicem dextrum.

140 Loci inflammati prope unguem indicis laevi et pollicis dextri, tactu dolorosi quasi ulcerati sint (p. 20 hor.) Postridie aliquid humoris albicantis exinde manavit, quo facto inflammatio evanuit.

Vesiculae plures in articulis ultimis digiti annularis et auricularis manus dextrae, quae tactu finduntur, inde per aliquot tempus humorem reddunt, tandem crusta teguntur quam diu servant.

Dolor leniter trahens in articulo coxae laevae, inter eundum (p. 23 hor.)

Rigiditas paralytica subita in articulo coxae laevae, inter eundum in aëre libero (p. 23 hor.)

Punctiunculae singulae, uti ab acu, in coxa laeva. Punctiunculae aliquot vehementes et lentae, uti a pluribus acubus simul illatae, ibidem.

145 Pressio ardens, identidem revertens, in coxa laeva (p. 2 hor.)

Rigiditas et tensio musculorum femorum.

Lassitudo femorum (*H.*).

Magna debilitas musculorum femorum et crurum (p. ½ hor.)

Dolor ruens in patella dextra (p. ½ hor.)

150 Punctus terebrantes, obtusi, identidem revertentes, per articulum genu laevi, in aëre libero, tum inter statum, tum inter incessum (p. 26 hor.)

Rigiditas tendinum poplitum, praecipue externorum, inter eundum in aëre libero (p. 25 hor.)

Rigiditas poplitum (*H.*).

Punctus acuti in crure dextro, prope malleolum externum sursum directi (p. 8 hor.)
Luxationis dolor in articulo pedis laevi; metuit, ne pes inflectatur (p. 30 hor)

155 Pedes lassi et graves (*H.*).
Dolor premens in astragalo pedis dextri, quavis positione (p. 11 hor.)
Pressio dolorosa, subtilis, in planta pedis dextri, inter sessum (p. 5 hor.)
Lancinatio in calce pedis sinistri (p. $\frac{1}{2}$ hor.)
Vulsio pungens in haluce laevo.

160 Omnium membrorum infirmitas, pedum debilitas, genuum vacillatio; lente tantum incedere potest (*H.*).
Omnia membra tam gravia et musculi in iis tam dolorose sensibiles, ut aegre tantum illa moveat.
Relaxatio subita omnium musculorum; frigidus toto corpore frigidoque sudore frontis tectus, praeceps corruit et balbutit, salva tamen conscientia sui; pulsus valde lentus et pupillae penitus contractae (p. 1 hor.) (*H.*).
Dolores punctim terebrantes in periosteis (*H.*).
Dolores punctim terebrantes in diversis corporis partibus, qui aëre frigidulo, corporis laboribus atque esu potuque augentur (*H.*).

165 Punctus acuti, lancinantes, in pluribus corporis partibus simul, nempe in femoribus et cruribus, pectore, dorso, etc. (p. 8 hor.)
Intumescentia cutis oedematosa subita (H.). *)

---

*) Hoc symptoma, coniunctim cum symptomatibus 109. 110. 111. et 112. multum auxilii ab Helleboro nigro in quibusdam morbis oedematosis exspectandi indicare videtur; dummodo reliqua eiusmodi morbi symptomata medicamini isti homoeopathice respondeant, i. e. effectibus, quos valida ista planta suapte natura in cor-

(Sensus in partibus tumidis, quasi dispulsae et graves sint) (*H.*).

Pruritus titillans in brachio utroque, et post frictionem sensus mordax uti ab aqua salsa; vespere post decubitum et mane (*H.*).

In utroque brachio: Herpetes rotunduli, flavescentes, e quibus fricatis aqua stillat (*H.*).

170 Dormitat oculis semi-apertis et pupillis sursum versis (statim) (*H.*).

Pandiculatio (p. 1 hor.)

Lassitudo et dormituritio cum oscitatione per totum antemeridiem (p. 2 hor.)

Somnus versus mane inquietus atque phantasiis historicis plenus.

Postquam vespere lecte decubuit, statim animus phantasii soccupatur; diversissimae formae oculis obversantur, quae citissime se invicem excipiunt.

175 S o m n i a c o n f u s a, saepe valde anxia, per totam noctem, quorum tamen postridie recordari nescit.

Pulsus lentus (p. 1 et 16 hor.)

Pulsus admodum parvus (*H.*).

Pulsum vividum toto corpore, praesertim corde sentit.

Pulsus fortis, post horas $\frac{1}{4}$. — Palpitatio cordis.

180 Corpus frigidum, praesertim mane (*H.*),

Febris: capitis calor internus ingens, manus pedesque frigidi, subsequo sudore leni generali, per horam integram (p. 4 hor.)

Febris plurium dierum. Extra lectum: horror continuus cum adipsia, (inter sessum, statum et incessum), manus frigidae, caput interne ardens et stupidum, dormituritio fortis, poplitum rigiditas, pedum gravitas et lassitudo.

---

pore sano excitare valet, s i m i l i a sint. Huic symptomati curationes felices interdum a p i l u l i s B a c h e r i operatae adscribendae sunt.

Post decubitum in lecto: calor et sudor generalis, cum adipsia (*H.*).

Febris, cum horrore totius corporis continuo, sine siti; capitis ardor et dolor conquassationis in occipite (*H.*).

Tanto horrore concutitur, ut lecto decumbere velit; facies flavescens (*H.*).

185 Horror, qui a brachiis incipit (*H.*)

Post horrorem quinque dierum, adipsia iunctum, tandem sitis (*H.*).

Vespere quovis post decubitum, frigus, et mane quovis sudor (p. 10 dies.) (*H.*).

Sudor lenis in pedibus versus mane (post primam noctem (*H.*).

Calor cum sudore (p. 36 hor.) (*H.*).

190 Paroxysmi frequentes caloris generalis sicci, subsequo frigore cum horrore, tandemque ventris dolore (*H.*).

Post febrem sensus ac si diu aegrotus fuerit (*H.*)

Febris per aliquot dies. A mane usque advesperem: Horror generalis cum cute anserina; sensibilitas eximia capitis tactu motuque dolentis, lancinatio trahens in extremitatibus, punctus crebri in articulis, praesertim cubitus et scapularum; adipsia. (p. 25 hor.) — Vespere, versus horam quintam et sextam; praecipue autem post decubitum; Calor externus ardens totius corporis, inprimis capitis; horror et frigus internum; adipsia; si ad biben dum se cogit, statim aversationem sentit, et nonnisi paucum liquoris semel assumere potest — Sudor generalis versus mane, corporis calore interim ordinario (p. 48 h.)

Manus frigidae, facie et corpore calido (p. $\frac{1}{4}$ hor.)

Calor faciei externus; genae ardent dum in conclave commoratur (p. 6 hor.)

195 Desperatur de vita servanda (*H.*).

Anxietas summa (*H.*).
Suspirat et crocitat (*H.*).
Nostalgia (*H.*).
Inquietum et anxium se gerit, quasi malum futurum praesentiat.

200 Tristitia de vitae conditione praesente; omnia ei fatua et indifferentia apparent.
Adspectus hominis hilaris tristitia molli eum movet et miseriorem reddit.
Distractio mentis dum studiis literariis incumbit; mentem cogitationi nulli figere potest (*H.*).

Observata medicorum aliorum.

Capitis temulentia (*Alberti*, Jurisprudentia medica, Tom. VI. p. 719.)
Capitis dolor molestus (*Schulze*, materia medica, p. 152.)
Constrictio nasi, quasi suffocatione instante (*Schulze*, l. c.)
Torpor et stupor linguae (*Greco*, Anatomy of plants, p. 280.)

(5) Tumor linguae (*Bacher*, in Sammlungen für praktische Aerzte, Vol. I. p. 3.)
Singultus (*Büchner* — *Stegmaun*, Dissertatio de salutari et noxio Ellebori nigri usu, Halae, 1751. p. 22.)
Nausea vomituriens continua (*Gesner*, Entdeckungen, I. p. 167.)
Vomitus (*John Cook*, in Oxford. Magazine, for March, 1769.)
Vomitus materiae viride-nigricantis, cum dolore ventris; paroxysmum primum remissio trium horarum secuta est, cui alter paroxysmus per integram horam successit; quo facto alia remissio duarum horarum obtinuit, tum vero mors cum clamore violento subito evenit (p. 38 hor.) Membra cadaveris laxa et flaccida. sanguis in venis fluidus, latus laevum oesophagi et stomachi sicuti intestina tenuia inflammatione modica affecta, cerebrum valde molle et flaccidum (*Morgagni*, de sed. et caus. morborum, LIX. 15. 16.)

(10) Scrobiculi cordis dolor ingens (*Gesner*, l. c.)
Scrobiculi cordis pressio (*Cook*, l. c.)
Ardor acerbus in stomacho, per oesophagum adscendens (*Tournefort*, voyage dans le Levant, Tom. II. p. 189.)
Dolor ventris (*Büchner* — *Stegmann*, l. c. — *Gesner*, l. c.)
Diarrhoea cnm nausea et dolore ventris (*Tournefort*, l. c.)

Observatio aliorum.

(15) Diarrhoea *Morgagni*, l. c.)
Molimina hemorrhoidalia (*Schulze*, l. c.)
Sternutatio (*Van Hilden*, Opera med. chir. Cent. IV. Observ. 12.)
Constrictio faucium (*Büchner*, l. c.)
Pectus penitus constrictum, aërem ore hiante captabat, respirare autem nequibat (*Alberti*, jurisprudent. med. Tom. VI. p. 719.)

(20) Membrorum debilitas paralytica et rigiditas eximia (*Scopoli*, Flora Carniolica, p. 557.)
Animi deliquia (*Büchner* — *Stegmann*, l. c. — *Cook*, l. c.
Convulsiones, spasmi (*Büchner* — *Stegmann*, l. c. — *van Hilden*, l. c.)
Spasmi et motus convulsivi, simul ictus per cerebrum, quasi sagitta perfodiatur (*Tournefort*, l. c.)
Febris (*Schulze*, l. c.)

(25) Sudores frigidi (*Büchner* — *Stegmann*, l. c.)
Facies pallida et collapsa, pulsus intermissio, frigus glaciale cum sudore frigido per totum corpus (*Alberti*, l. c. Tom. VI. p. 719.)
Anxietas (*Büchner* — *Stegmann*, l. c.
Angor terribilis, qui post vomitum minuebatur (*Bisset*, Essay on the med. const. of Great Britain, p. 333.)
Angor, nausea et cruciatus tantus, ut emori sibi videatur (*Alberti*, l. c.)

(30) Nec sedere, neque cubare, nec stare valet, et semper regionem cordis monstrat (*Alberti*, l. c.)
Tacitum et in semet versum toto pomeridie se gerit (*Alberti*, l. c.)

Ignatia amara.

(Tinctura spirituosa e seminibus ignatiae amarae in pulverem subtilem redactis *) extracta.)

Validissima haec substantia vegetabilis qualitatibus multis peculiaribus ab omnibus caetcris pharmacis distinctaest. Specialia huius generis quaecumque nobis innotuerunt, annotationibus symptomatum inspersimus. Iam nunc vero generalia quaedam monuisse iuvabit.

Proprium est huic subsantiae, effectus alternantes velocissime sese excipientes gignere; quam ob causam praecipue morbis acutis medendis apta est. Et quidem compluribus eiusmodi malis couvenit, quum effectus primarii sui multis et variis symptomatibus morborum naturalium toto die occurrentium summa similitudine respondeant. Jure igitur Ignatiam pro polychresto sive mcdicamento ad multos magnosque usus creato declaramus.

Efficientia Ignatiae ordinaria intra paucos dies absolvitur; ubi vero corporis aegroti constitutio vel morbi indoles ita comparata fuit, ut evacuatio nulla

*) Mortarium semper in aqua valde calida collocatum habeas; ut semina in pulverem subtilem commode redigere possis. Idem est casus ac in seminibus nucis vomicae, de quibus Volum. I. diximus.

remedio excitari posset, effectum eius per novem integros dies continuantem observavi.

Rari sunt morbi chronici, quibus curandis substantia haec idonea est, et in his ipsis etiam non continuo adhiberi debet, sed interposito semper alio quodam remedio, stabilioribus viribus praedito.

Pertinet etiam ad singularia Ignatiae, quod prima dosis interdum effectum salutarem nullum habeat, imo aggravationem quandam excitet, altera vero dosis eiusdem dilutionis tincturae, et quidem nullo remedio alio interiecto, insignem vim salutarem exserat et sanationem ipsam perficiat. Causa huius phaenomeni nobis in illa, quam supra commemoravimus, symptomatum alternatione *) quaerenda videtur. Quum enim Ignatia symptomata contraria vicissim in corpore sano proferre valeat, fieri potest, ut ea symptomata, quae morbo contraria sunt, primum in corpus agant atque instar remedii antipathici augmentationem mali in effectu secundario proferant, quae secunda dosi data rursus tollitur, Attamen casus huiusmodi haud frequenter obveniunt, sed prima dosis in malis repentinis omnem vim homoeopathicam exsere solet, si remedium iuste electum fuerat.

Ubi Ignatia in corpore nimis irritabili (forsan etiam ob dosin nimiam), animi hyperaesthesin, vel statum anxium et sensibilitatem eximiam genuerit, coffea tamquam antidotum homoeopathicum se praebet. Ubi vero haud apte electa fuit, (ita ut symptomata medicaminis symptomatibus morbi nulla similitudine propinqua respondeant), molestiae exortae, pro di-

*) Nota interpretis. Non commutandi sunt effectus medicaminum alterni et effecus eorum secundarii; illi enim ad vim propriam et primariam pharmaci, hi contra ad reactionem organismi pertinent.

versa earum indole, Chamomilla vel Pulsatilla, in rarioribus casibus autem seminibus Cocculi, vel Arnica montana, vel tandem aceto antidotarie tollendae erunt.

Licet magna similitudo inter effectus primarios Ignatiae amarae atque Nucis vomicae deprehendatur, (quae omnino affinitatem quandam botanicam utriusque vegetabilis indicat), magna tamen diversitas in usu therapeutico utriusque obtinet. Monuisse sufficiat, quod animi status aegrotorum, quibus Ignatia convenit, valde discrepet ab ea indole psychica, quae nucis vomicae applicationem requirit. Haec enim animum iracundum, acrem, vehementem exigit, at illa hilaritatem cum tristitia lacrymabunda alternantem vel alios istos status, ad finem symptomatum Ignatiae infra legendos, desiderat, posito omnino, nt reliqua morbi symptomata (ad corpus spectantia) medicaminis symptomatibus respondeant.

Tinctura Ignatiae (alta adeo dilutione propinata) remedium principale est adversus mala ex offensionibus orta, dummodo aegrotus suapte natura nec ad iram vehementem nec ad vindictam proclivis sit, sed potius moerorem sibi oblatum imo in pectore abscondere soleat, ubi laesionis perpessae memoria animum diuturne cruciat; idem valet de statibus morbosis, quibus eventus sollicitudinem cientes originem dederunt. Existimo etiam fieri posse, ut accessus epilepsiae chronicae tales, qui nonnisi offensione aliave indignatione (verum nulla alia conditione) suscitari solent, Ignatia qualibet vice celeriter adhibita impediantur. Alias autem epilepsiae diuturnae species semine istius plantae sanari posse vel unquam sanatas esse, a verisimilitate abhorret; certe casus eiusmodi curationum in libris medicis consignatarum haud pro puris habendi sunt.

quippe quum paene semper alia medicamenta valida simul sive ex intervallo in usum venerint, vel curationis effectus non stabilis fuerit.

Si quis propter eventum quendam adversum primo epilepsiae accessu obrutus est, qui vel diuturnitate vel reditu momentaneo periculum minatur, singula et parva tincturae Ignatiae dosis paene semper et plerumque in perpetuum iuvat, uti me ipsum experientia docuit. Aliter autem res in epilepsiis chronicis se habet, quibus Ignatia ex eadem ratione, qua morbis diuturnis in genere non quadrat, auxilium durabile ferre nequit. Nam effectus primarii Ignatiae, quorum plurimi e diametro sibi oppositi sunt, in usu therapeutico eundem ac in corpore sano ordinem servant; quodsi igitur prima dosis morbum homoeopathicis symptomatibus sustulit, cavendum est, ne alteram dosin paulo post ministres; haec enim morbum naturalem renovaret, quia nunc effectus alterni, et quidem symptomatibus morbi naturalis contrarii locum sibi vindicant atque incommoda medicaminis antipathici in effectu secundario producunt. Manifestum igitur est, Ignatiam malis acutis et repentinis praesertim respondere.

At, nonne supra diximus, alteram huius medicaminis dosin interdum nullo alio remedio interposito administrandam esse, eaque morbum, quam prima frustra oppugnaverat, commode vinci? Omnino, sed ex eadem ratione regula utraque valet. Casus, de quo supra tractavimus, exceptionem involvit a lege, i. e, e causis ignotis ea symptomata, quae morbo naturali contraria sunt, prius in organismum egerunt, quam ea, quae isti homoepathice conveniunt; hic igitur prima dosis effec-

tum noxium remedii antipathici exserit, qui altera demum dosi rursus tollitur.

Praestat Ignatiam mane praebere, nisi periculum in mora sit; nam paulo ante decubitum propinata inquietudinem nocturnam nimiam gignit.

Dosis quantitatem quod attinet, raro majore, quam gutta dilutionis III. vel IV. i. e. parte trillionesima vel quadrillionesima guttae purae, ad usum homoeopathicum egebis; saepe ad minorem adeo descendendum erit.

St.

Ignatia amara.

Symptomata.

Calor in capite.

Capitis sensus, quasi vacuum sit.

Memoria labilis; fallax. (ante 8 et 10 hor.)

Vertiginis species, sensus titubationis hinc inde.

5 Capitis temulentia, ut a spiritu vini; cum ardore oculorum.

Caput grave, propendulum (post hor. 4 et 6.) *).

Caput mensa suffultum.

Gaput sanguine quasi turgidum, et narium sensibilitas eximia erga aërem. ut epistaxi instante.

Capitis gravitas, qnasi sanguine nimis turgeret, (qualis vulgo fit per pronationem altam capitis) cum dolore lancinante in occipite, qui mitior fit inter decubitum in dorso **), exasperatus erectione trunci, maxime vero pacatus alta pronatione capitis inter sessum.

10 Capitis dolor pronationc auctus (p. 1 hor.)

Capitis dolor statim post pronationem altam ortus, erectioni cito cedens. (p. 18 hor.)

Mane in lecto, dum expergiscitur oculosque aperit, capitis dolor vehemens, inter snrgendum evanescens, (p. 40 hor.)

Statim post somnum meridianum cephalalgia; pressio per totum cerebrum universalis, quasi sanguine aut cerebro nimis turgeret caput, legendo et scribendo sensim aucta. (p. 20 hor.)

Capitis dolor in fronte et post aurem sinistram lancinans, inter decubitum in dorso tolerabilis,

*) Symptomata 6, 7, 9, 13, respectu symptomatum 19, 11, 12, effectus alternantes sed primarii, ejusdem fere ordinis.

**) Vid. animadvers. ad symptomata 359.

erectione capitis auctus, cum calore et rubore genarum manibusque calidis. (p. 5 hor.)

15 Dolor capitis disscindens inter decubitum in latere, post nychthemerum, inter decubitum in dorso cessans *).

Dolor capitis vulsorius scansione et oculorum sublatione auctus. (p. 1 hor.)

Premens dolor in fronte supra nasi radicem, caput deprimere cogens, tum vomituritio (p. 5 hol8 **).

Dolor capitis supra orbitam dextram ad nasi radicem premens et aliquantum trahens, pronatione alta emergens. (p 10 hor.)

Cephalalgia ***), quasi pressio duri cuiusdam in superficie cerebri, per accessus rediens. (p. 6 hor.)

20 Pressio in temporibus; interdum cum somno profundo.

Capitis dolor tempora quasi distendens †).

Mane (in lecto) inter decubitum in latere alterutro capitis dolor saevus, quasi per tempora erumpens, decubitu in dorso levatus. (p. 48 hor.) ††)

---

*) (Sympt. 75.) Vid. animadvers. ad Sympt. 359.

**) Sympt. 17.) Quae hic, ut in Symptomate 9 pronatio benefica commemoratur, tanquam effectus alternans pronationi detrimentosae symptomatis 10, 11, 18, opposita est; hic tamen in sanatione homoeopathica principatum tenere et frequentior et vehementior esse videtur.

***) (Sympt. 19.) Conf. animadvers. ad Symptomat. 158. — Haec cephalalgia et omnes fere reliquae eius species, ex Ignatiae usu natae, cito coffeae potu homoeopathice auferuntur.

†) (Sympt. 21, 22, 24.) Cephalalgia per tempora quasi erumpens et foras premens, nec non dolor, quasi caput dissiliret, affinis esse videtur diruptionis sensui in intestinis (cf. Sympt. 136) adeo colli dolori (cf. Sympt. 90.) et fortassis etiam Symptomatibus 98 et 158. Nam sensus internus compressionis, constrictionis et distentionis prementes, facile commutari potest. Saltim distentio premens constrictioni manifestae organorum cavorum 202, 203, 249, 263, 274, 275, tanquam effectus alternas opposita est.

††) (Sympt. 22.) Conf. animadvers. ad sympt. 395.

Inter eundum sub dio capitis dolor in altero cerebri dimidio, locutione et meditatione auctus. (p. 2 hor.)

Cephalalgia, dum alte loquitur oriens, quasi caput disrupturum sit; quum vero postea tacite legit et scribit, dolor prorsus evanescit. (p. 48 hor.)

53 Capitis dolor loquendo auctus.

Cephalalgia lectione et intenta ad oratorem attentione aucta, nec vero mera meditatione libera. (p. 6 hor.)

Capitis dolor pulsans (vulsorius) *).

Capitis dolor ad pulsus arteriarum modum.

Cephalalgia externa, caput inter tactum dolorosum.

80 Cephalalgia externa; inde a temporibus supra orbitas tendens; inter tactum dolor, quasi a conquassatione.

Mane inter experrectionem e somno capitis dolor, quasi cerebrum fractum et contritum sit; inter surgendum hic dolor evanescens in odontalgiam mutatur, quasi dentis nervus comminutus et contritus sit, qui similis dolor deinde in os sacrum transit: meditando autem dolor ille capitis denuo suscitatur.

Cephalalgia saeva, continuo ruens sub dextra frontis protuberantia.

In tempore dextro punctus alti.

Pressio immanis in tempore utroque, maxime in dextro.

85 Sub dextro latere ossis frontalis et arcu ciliari sinistro pressio vehemens, stupefaciens, intermittens.

Dolor quasi os occipitis premendo frangatur.

Vespere pars interna palpebrae superioris dolorosa, quasi a nimia siccitate.

---

*) (Sympt. 27.) Haud raro haec cephalalgiae species in occipite ad latus versus, animadvertitur, aliquot horas post sumtam Ignatiam.

Inter lectionem verpertinam oculus alter ita turbidus, quasi lacrymis suffusus sit; nec tamen aquosi quidquam oculo inest.

Dum palpebras claudit, dolor in externo oculi angulo, quasi a vulnere.

40 Palpebrae mane lema purulenta obductae, dum eas aperit, lux praestringit oculos.

In externo oculi angulo lancinatio pungens, oculi mane suppurantes et ante meridiem lacrymantes.

Palpebrae mane conglutinatae; dolor in oculo premens, quasi ab arenae granulo; in sublatione palpebrarum pungens. (p. 38 hor.)

Dolor mordax et rodens in palpebrarum marginibus inter lectionem matutinam). (p. 18 hor.)

Mordax dolor in angulis oculorum externis, (p. 24 hor.)

45 Pustulae circa oculum iam aegrotum oriuntur. (p. 2 hor.)

Pruritus oculi interni.

In externo oculi sinistri angulo sensatio ut a pulvisculo illapso, quod oculi tegumenta alternatim premat.

Lucis intolerabilitas. (p. 8 hor.) *)

Post somnum captum meridianum oculi dextri obscuritas, quasi a velo obducto. (p. 6 hor.)

50 Dum legit subito conspicit gyrum e figuris dentatis et albide fulgentibus compositum, et quidem extra oculorum obtutum, quo fit ut literae. in quas oculus convertitur, dispareant, vicinae vero emergant. (p. 16 hor.) **)

Fulgor dentatus, serpentis formam referens, albus, ex obliquo obtutus, mox post pastum meridianum. (p. 30 hor.)

---

*) (Sympt. 48.) conf. Sympt. 41.

**) (Sympt. 49 et 50.) Symptomata haec effectus alternantes sunt, vertigini a Cel. Herzio descriptae, sic dictae notae, admodum vicini.

Pupillas initio contrahit *).
Pupillae magis dilatabiles quam contractiles (serius observat.)
Pupillae dilatabiliores et magis dilatatae. (exacta hora quarta observat.)

55 Pupillae et dilatabilitas et contractilitas expedita.
Tinnitus aurium.
Dolor in aure interna pungens (p. 3 hor.)
Pruritus in meatu auditorio. (p. 3 hor.)
Musices sensatio singulariter iucunda ** (p. 2 hor.)

60 Insensibilitas erga musicen. (p. 10 hor.
Punctio in labiis, maxime dum moventur, post semihoram, deinde hora octava exacta, punctio in labio inferiore, etiam dum non movetur.
Punctio maxime penetrans in labio inferiore, dum barbae pilus tangitur, quasi ab assula ibi infixa. (p. 8 hor.)
Dolor superficiei labii inferioris internae, quasi ab intertrigine et excoriatione. (intra hor. 8 et 10.)
Labium inferius in superficie interna ulcerosum. (sine oolore.)

65 In interna labii superioris superficie glandula cutis elata, ulcerosa, cum vulneris dolore. (p. 4 hor.)
Labia fissa, sanguiflua.
Alter labiorum angulus ulcerosus. (p. 2 hor.)
Noduli, pustularum instar, iuxta labium inferius, tantum inter tactum dolorosi. (p. 36 hor.)
Dolor in latere gingivae interno fere surdus, quasi combusta esset, — ***)

70 Pressio sub utroque ramo submaxillari, quasi deorsum premeretur caro sub maxillam inferiorem, in quiete et motu,

---

*) (Symptomata 52 — 53.) Effectus alternantes; coarctatio prios esse et (ropterea princi9atum tenere viditur.

**) (Sympt. 59, 60.) Effectus altornantes.

***) Symptom. 69 et 72.) vires secunndi ordinis (Nachwirkungen (esse videadur.

Sursum trahi sentit maxillam inferiorem et maxillas claudi, quod locutionem intercipit per semihoram. (p. semi hor.)

Vacillatio dentium, odontalgia quasi a dentium instabilitate; dolor in dente priore, quasi a vacillatione, quovis linguae motu vehementior.

Dolor immobilis quasi a vulnere in dentibus maxillaribus prioribus, maxime inter legendum. (p. 8 hor.)

Dolor dentium maxillarium, quasi cum nervis suis comminuti et contriti sint.

75 Sub finem coenae odontalgia incipit, post pastum augetur.

Dolores in dentibus incisoribus diruentes et fodientes, vespere. (p. semihor.)

Dimidia pars linguae anterioris quasi surda, inter loquendum; inter edendum quasi ambusta sive excoriata.

Inter locutionem sive manducationem facile alterum linguae latus morsu corripit. (p. 5. 8. 10 hor.)

Tumor dolorosus ostii ductuum salivalium (p. 2 hor.)

80 Inter manducationem facile genam internam morsu laedit ad ostium ductuum salivalium.

Sensatio in velo palatino, quasi ab excoriatione, (qualis a deglutitione salivae crebra usu venit.) *)

Sensatio quasi tumidum esset sive pituita viscoso obductum velum palatinum. (p. 5 hor.)

Punctio in velo palatino ad aurem internam usque((p. sesqui hor)

Punctio in collo, extra deglutitionem; inter deglutiendum; sensus, quasi in gula os superandum sit. (p. 8 hor.) **)

---

*) (Sympt. 11.) Conf. Symptomata 91 et 93.

**) Sympt. 84. Si forte effectus alternans ab Ignatia oriundus esset, quo colli dolorem cum punctibus inter deglutiendum gigneret, quamquam talem nunquam expeetus sum) rarissimus certe parvique in sanando momenti esset. Idcirco nunquam anginae, cui punctio nonnisi inter deglutiendum adjuncta erat, licet reliquis sympto-

85 Punctiunculae in imis faucibus, celeriter subsequentes, extra deglutitionem.
Punctio inter deglutitionem, in gula infima, deglutitione continua sedatur, extra deglutitionem redit.
Angina: dolor pungens in faucibus, extra deglutitionem, aliquantum etiam inter deglutiendum quo plura deglutit, eo citius cessans: a deglutitione densi cuiusdam, v. c. panis, punctio quasi plane evanida sentitur.
Dolor faucium: punctus, inter deglutiendum absentes.
In gula quasi ab epistomio sensus, extra deglutitionem percipiendus.

90 Sensus in gula media vespere constringens, quasi a frusto maiori sive epistomio *), plus extra quam inter deglutiendum percipiendus. (p. 4 hor.)
Dolor faucium: in faucibus quasi tumores et tubera; inter deglutitionem uti a vulnere dolorosa, (p. 16 hor.) **)
Pressio in collo.
Dolor in faucibus et collo, quasi ab excoriatione et intertrigine, deglutitione tantum percipiendus. ((p. sesqui hor.)
Dolor lancinans in larynge, deglutitione, respiratione et tussi auetus. (circa sesqui hor.)

95 Formicatio in gula. (p. 1. 2hor.)
Punctio in altero latere ad collum, in auris glandula; extra deglutitionem.

---

matibus simillimis, mederi potui; sin punctus in collo affecto solum extra deglutiendum persentiscebantur, ex Ignatia salus eo certior, citior et firmior contingebat, nimirum reliquis morbi Symptomatibus Ignatiae symptomatibus ssmillimis.

*) (Sympt. 90.) cf. animadvers. ad Sympt. 21.

**) (Sympt. 91.) cf. Sympt. 93. Angina ex Ignatia orta, qua extra deglutiendum colli tumorem internum, ut a tubere, persentiscis maximam partem in hoc ipso tubere nonnisi dolorem ut a vulnere inter deglutiendum cicre solet, talis nimirum faucium dolor ab Ignatia tollendus sit necesse est, (reliquis haud dissentientibus Symptomatibus) quem facile et certe sanabis, homoeopathice.

Dolor in collo inter tactum, quasi a glandulis tumidis.

Premens dolor in glandulis colli (submaxillaribus).

In glandula submaxillari anteriore dolor, quasi externe comprimeretur *).

100 Glandula submaxillaris post eundum in aëre libero dolorosa.

Primum dolor premens, tumque tensivus in glandulis submaxillaribus (p. 4 hor.).

Dolor tensivus in glandulis maxillaribus, in maxillas tendens, tum glandularum istarum tumor (circa 4 hor.).

Sapor in ore ut a corruptione stomachi.

Signa digestionis impeditae, debilis.

105 Os semper mucaginosum.

Os internum mane post experrectionem pituita foetida obductum.

Post pastum (matutinum et meridianum) sapor in ore aquosus, fatuus, ut a ventriculi corruptione sive cruditate (circa 16 hor.).

Sapor ingestorum, maxime cerevisiae, amarus vel putridus.

Cerevisiae sapor amarus, fatuus; facile inebriat cerevisia.

110 Sapor antea amarus in acidum mutatur, cum ructibus acidis (p. 10 hor.).

Sapor acidus salivae in ore (p. 1 et 6 hor.).

Anorexia acidorum (p. 1 hor.).

Anorexia pomorum et vini, quod non bene ei conducit (p. 3 hor.).

Appetentia acidorum et pomorum, quae salutaria ei sunt (p. 3, 10, 20 hor.) **).

115 Anorexia erga tabaci fumum summa; fumi tabaci sapor amarus, mordens in lingua anteriore do-

---

*) (Sympt. 99.) Inter motum colli et extra motum. Conf. notam ad Sympt. 21.

**) Sympt. 114. cum Symptomatibus 112, 113, 178 effectus alternans est.

loremque suscitans obtusum in dentibus incisoriis.

Taedium erga tabaci fumum, licet non male sapiat, quasi jam eo scateret.

A tabaci fumo in homine eidem assueto oritur singultus et nausea vomituriens.

Anorexia tabaci, escarum et potulentorum, cum copioso salivae in ore affluxu, nec tamen fastidium, neque saporem harum rerum malum sentit (p. 1 hor.).

Taedium lactis (pridem in deliciis habiti); dum potat, nauseam sibi commovet, licet sapor ejus sit naturalis, nec fastidiosus.

120 Si quid lactis cocti (quod alias lubentissime bibebat) cum sapore jucundo potavit, et desideria naturae extrema explevit; taedio sunt reliqua, quamvis nec saporem eorum fastidiosum, neque veram nauseam sentit.

Panem deglutire non potest, quasi nimis siccum.

Abhorrescentia escarum calidarum et carnis; appetentia tantum butyri, casei et panis (p. 96 hor.).

Taedium carnis et appetentia pomorum acidorum (e. g. vacciniorum vitis Idaeae) (p. 24 hor.) *).

Anorexia (a 1 ad 7 hor. usque).

125 Appetitus vehemens **).

Inter esum, potum et fumum tabaci haustum simul fames sedata est; bonus horum ciborum decedit sapor, aut mutatur in injucundum, nec minima eorum frui potest parte, licet supersit famis et sitis quaedam species.

Regurgitatio amari liquoris ***).

Regurgitatio ingestorum (ructuum specie escae in os tolluntur: ruminatio).

---

*) (Sympt. 123.) Conf. Sympt. 114. —

**) (Sympt. 125.) Haec bulimiae species effectus alternans cum Symptomatibus 115, 118, 119, 120, 121, 124, sed rarior esse videtur.

***) (Sympt. 127. 128.) Effectus alternans cum Sympt. 129. —

Post pastum (meridianum); quasi cibi supra oesophagum starent et in ventriculum descendere nequirent, sensus.

130 Vespere ante somnum captum et mane, ingesta quasi ad gulam extremam adstant (p. 2. 15 hor.).

Nocte, hora tertia, experrectio e somno, calor totum corpus occupans et vomitus vespere ingestorum.

Vomituritio inanis post pastum evanescit (p. 2 hor.).

Post pastum (vespertinum) frigus pedum, abdominis distentio (et raucedo).

Post partum distentio abdominis cum siccitate et amarore faucium, sine siti, gena alterutra rubore suffusa; vesperi.

135 Post cibum vesperi captum plenitudo abdominis anxia, dolorifica (p. 36 hor.)

Rasio in larynge, quasi a soda (vesperi) (p. 4 hor.).

Ructus inanes, ut ab aëre (p. 2 hor.).

Ructus saporis ingestorum (statim).

Ructus acidi, humidi, putres, mucidi (vespere).

140 Salivae sputum crebrum; inter somnum ex ore salivae effluxus (p. 1 hor.) *).

Post pastum et potum singultus (p. 3. 6. 8 hor.) **).

Ardor in lingua (statim).

Frigiditas in ventriculo.

Ardor ventriculi (p. 1 hor.).

145 Sensus in ventriculo ut ab inedia longa, cum sapore fatuo et lassitudine omnium membrorum ***).

Cum appetitu et sapore escarum potusque integro, sapor in ore nanseosus cum sensu jejunitatis circa umbilicum, et corporis infirmitas.

---

*) (Sympt. 140.) Compar. c. Sympt. 167, 204. —

**) (Sympt. 141.) Compar. c. Sympt. 117. —

***) (Sympt. 145.) Effectus alternans cum Symptomatibus 134, 135, 136. —

Vappiditas ventriculi; ventriculus et intestina laxe dependere videntur (p. 24 hor.).

Sensus debilitatis circa epigastrium et scrobiculum singularis (p. 2 hor.) *).

Punctio vehemens in scrobiculo cordis.

150 Pressio in scrobiculo et punctus in ventriculo.

Dolor lente continuatus, punctim vulsorius, circa epigastrium et scrobiculum (post semihoram observ.)

Punctus fortes, postea punctiunculae in scrobiculo (post semihoram observat.).

Dolor in scrobiculo, tactu tantum percipiendus, ut a vulnere interno.

Dolor epigastrii, ut a luxatione.

155 Premens dolor in utraque epigastrii seu hypochondriorum parte.

Pressio acuta, forcipans, in scrobiculo cordis et in regione costarum inferiorum (post semihoram obs.).

Dolor in epigastrio colicus, quasi intestina disruptura sint, fere ut cardialgia, usque ad gulam tendens, mane in lecto, inter decubitum in latere; evanescens, dum in dorso decumbit (p. 40 hor.) **).

Constringens dolor, torminum instar, a latere utroque, sub costis ultimis (post horae quadrantem observ.)

Constrictionis in hypochondriis sensus, ut ab alvi obstructione, cum cephalalgia in altera parte percipienda, ut a clavo cerebro impresso; mane (p. 20 hor.) ***).

---

*) (Sympt. 148.) Conf. 181. et 384. Hic astheniae sensus in vicinio scrobiculi cordis, symptoma Ignatiae characteristicum est.

**) (Sympt. 157.) Compar. c. Sympt. 15, 22, et notam ad Sympt. 360.

***) (Sympt. 159.) Veteres hanc cephalalgiae speciem Clavum dicebant. Haec doloris species ad symptomata Ignatiae insignia referendum est: pressio quasi ab acri vel acuto

160 Colica flatuosa spasmodica, vespere inter somnum capiendum et mane inter expergiscendum (p. 8 hor.).

Tormina: intestinorum dolor ut a conquassatione continuus, mane in lecto.

Sensus in hypogastrio, in regione umbilici, ut a vivo quodam interne versante (p. 8 hor.).

Flatuum decessus expeditus (post semihoram observat.). (Contrarium, flatuum decessus impeditus, ad vires secundi ordinis pertinet.)

Colica nocturna, flatuosa.

165 Colica flatuosa cum punctibus versus pectus.

Mane tormina flatulenta in hypogastrio, cum punctibus versus latera et pectus.

Colica flatuosa supra umbilicum, alternatim, cum copioso in ore salivae confluxu (p. 1 hor.).

Decessus flatuum noctu copiosus, adeo inter somnum, ita ut totum abdomen flatuosum fieri videatur.

Multus flatuum cruciatus, qui tum micturitionem creant (p. 96 hor.).

170 Flatus foetidi, rari, qui cum intentione abdominis musculorum decedunt (p. 24 hor.).

Inflatio ventris statim post pastum *).

Flatuum decessus statim post pastum creber. (p. 26 hor.)

B o r b o r y g m i in i n t e s t i n i s, ut a fame, etiam post pastum durantes.

P u l s a t i o in h y p o g a s t r i o.

175 In hypogastrio angustia et tormina.

Statim post pastum tormina secatim pungentia, subsequa ventris inflatione (p. 4 hor.).

Statim post pastum in toto hypochondrio inflatio forcipans, tantum inter standnm percipienda,

---

corpore, qualem in aliis quoque se exhibet symptomatibus, v. c. 202, 273. Huc etiam pressio ut a duro quodam pertinere videtur, v. g. Sympt. 19, 360.

*) (Sympt. 171.) Effectus alternans cum Sympt. 172.

eundo intolerabilis facta, nec flatus in causa esse videntur; inter quietum sessum mox cessans, nullo flatuum decessu (p. 4 hor.).

Tormina prementia forcipantia post minimam partem pomorum ingestam, maxime inter eundum et standum, sessu cessans.

Tormina in omnibus intestinis forcipantia adeo procul a coena, inter eundum sub dio.

180 Tormina forcipantia, postea pungentia in alterutro abdominis latere (p. 2 et 10 hor.).

Tormina forcipantia, quasi a diarrhoea eruptura.

Dolor in abdomine tensivus et forcipans; pressura in intestino recto, cum vappiditate et debilitate in scrobiculo *) et facie pallida (p. 24 hor. biduo ante menstrua observat.)

Sensus in gremio sinistro (annulo abdominali) quasi hernia eruptura sit.

Excrementa dura, postea tenuia **).

185 Decessus stercoris tenuis involuntarius cum flatibus ((p. 50 hor.).

Statim post pastum sedes molles.

Sedes flavide albae (p. 3 hor.).

Sedes mucosae.

Sedes acres.

190 Prolapsus intestini recti inter modice intentam alvi exonerationem.

Nisus alvum exonerandi creber, fere frustraneus, cum torminibus, tenesmo et inclinatione intestini recti ad prolapsum (p. 44 hor.).

Vespere nisus et impetus ad alvi exonerationem vehemens, magis in medio hypogastrio, ege-

---

*) (Sympt. 182.) Conf. Symptomata 148, 385.

**) Facilis et sufficiens excrementorum decessus plurimum ad vires primi ordinis referendus, quae semi-hora vel integra exacta conspiciuntur.

stionibus haud subsequentibus, intestino recto tamen extorto.

Excrementa admodum crassa quae cum difficultate summa decedunt.

Impetus frustraneus ad alvi exonerationem in intestino recto, non vero in ano (post sesqui horam observ.).

195 Incitatio et impetus ad alvum deponendam irritus et molimen in visceribus epigastrii, maxime paulo post pastum.

Nisus ad alvi exonerationem anxius, intestino recto simul inerte; excrementa protendere non poterat, quin replicationis seu prolapsus intestini recti periculum immineret.

Tenesmus vehemens, potius in visceribus superioribus et in epigastrio; impetus ad alvum deponendam gravis, nec tamen rata excrementorum portio abit, quamquam mollium; post alvi exonerationem diu ipse impetus manet (p. 20 hor.).

Incitatio et nisus alvum deponendi irritus.

Post repentinum et vehementem alvum exonerandi impetum difficulter, nec sine intentione musculorum adominalium forti, copia haud sufficiens stercoris tenacis, lutescentis nec tamen duri ejicitur, fere quasi deesset viscerum motus peristalticus (post diem tertium observat.).

200 Tensio in intestino recto spasmodica per integrum diem.

Dolor in imo intestini recti acute premens post sedes, quasi ab incarceratione flatuum (qualis ab exoneratione alvi festinantius facta usu venire solet; proctalgiae species) (post tres dies observ.) *).

Vesperi post decubitum, per duas horas, in intestino recto dolor acute premens (proctalgiae instar.), sine ullo in quavis situatione levami-

*) (Sympt. 200.) Conf. notam ad Sympt. 159.

ne, nullis flatibus abeuntibus sponte pacatus (p 36 hor.).
Constrictio ani non dolorosa *), species coarctationis plurium dierum ((p. 12 hor.).
Ani constrictio (vesperi) postridie eadem hora repetens, dolorosa inter eundum, maxime vero inter standum, indolorosa inter sessum, cum salivae fatuae in ore adfluxu (p. hor. 4. 12 et 36.) **).

205 Punctus fortis, inde ab ano alte in rectum penetrans intestinum.
Pruritus vehemens in recto intestino, vesperi in lecto.
In recti intestini inferiore parte versus anum formicatio injucunda, quasi ab ascaridibus (p. 24 hor.).
Nodus ad anum pruriens, non dolorosus in alvo exoneranda, in sessu vero pressionem creans.
Sedes molles cum molininibus haemorrhoidalibus (p. 5 hor.).

210 Paulo aut statim post sedem mollem dolor in ano, ut a haemorrhoidibus coecis et quasi a vulnere.
Dolor in ano extra sedes ut a vulnere (p. 1 hor.).
Dolor in intestino recto, ut a haemorrhoidibus, constringens, quasi a vulnere tacto (p. 3 hor.).
Intra primam et secundam post alvum depositam horam dolor in recto, ut a haemorrhoridibus coecis, e constrictionis et intertriginis dolore mixtus (p. 2 et 36 hor.).
Post intentionem animi meditando et mox post alvam exoneratam, dolor ut ab haemorrhoidibus caecis, premens et quasi ab intertrigine (p. 36 hor.).

---

*) (Sympt. 203. 204.) Vid. not. ad Sympt. 21.

**) (Sympt. 203.) Conf. Sympt. 189

215 Canthi ani tumor circumcirca, quasi a venis turgidis.

Haemorrhoïdes caecae cum dolore e pressione et intertriginis sensu composito (ad anum et in intestino recto), vehementiori inter sessum et statum, mitiori inter eundum, at deterrimo post aerem liberum haustum.

Pruritus in ano et perinaeo, praesertim inter eundum.

Dolor circa vesicae collum radens et premens, maxime inter eundum et post pastum, extra mictum.

Creber urinae copiosae, aqueae, decessus (p. hor. 2. 6. 20.).

220 Urina citrina eum sedimento albo (p. 16 hor.).

Lotium mox turbidum.

Penis rigiditas quotiescunque alvum depositurus est.

Inter impetum ad alvi exonerationem muci copiosi ex urethra profluvium (post diem 5. obs.).

Punctus magni in urethra inter eundum (p. 5 hor.).

225 Paulo post pastum meridianum punctio in urethra anteriore, lancinatione terminata.

In media urethra dolor radens et lancinans (vesperi inter decubitum in lecto) (p. 5 hor.).

In anteriore urethrae parte punctus (p. 2 hor.).

Ardor lotii, mane ((p. 12 hor.).

Dolor in radice penis, saeviens, per accessus emergens, corripiens, lancinatim premens, maxime inter eundum, qui, dum in os sacrum stando se reclinat, cedit.

230 Hypogastrio flatibus inflato, in vesicae collo pruritus ardens, veneris appetentiam provocans.

Nocte prima pollutio larga (in juvene iisdem semper fere vacanti observatum).

Circa genitalia et in pene inter decubitum vespertinum pruritus, fricando pacatus (p. 3 hor.).

Ardor inter mingendum mordax in parte vesicae antica.

Pruritus mordax in glande et interna praeputii superficie (p. 12 hor.).

235 Dolor ut a vulnere, quasi ab attritu, in cantho praeputii.

Intertrigo et ut dolor ab ulcere in margine praeputii.

Pruritus pungens in scroto quasi a pulicibus innumerabilibus, maxime in quiete.

Sudor scroti.

Vespere tumor scroti (p. 5 hor.).

240 In testiculis sensatio acerba et strangulans, vespere post decubitum in lecto.

Pressio in testiculis.

Phantasiae libidinosae amatoriae et Veneris appetentia celeriter excitata cum genitalium debilitate et impotentia et corporis calore externo, injucundo.

Nisus in seminis ejaculationem irresistibilis, pene laxo (p. 24 hor.).

Desiderium Veneris cum impotentia.

245 Desiderium Veneris cum singulari clitoridis prominentia, genitalibus ceteris debilibus, laxis et corpore frigidulo (p. 40 hor.).

Impotentia virilis, cum debilitatis sensu in lumbis.

Constrictio penis, ita ut minimus fiat (post mictum); praeputium retractum, et glans denudata sicuti ab impotentia venire solet (p. 44 hor.).

Defectus Veneris appetentiae *).

Blenorrhagia chronica.

250 Dolor spastice constringens in utero, dolorum ad partum instar, immanis, subsequente blenorrhagia purulenta, erodente **).

---

*) (Sympt. 248.) Hunc, symptomatibus 242, 243, 244, 245 respondentem statum alternantem, quasi effectum secundi ordinis, dia durantem et semino Cocculi remotum observavi.

**) Sympt. 249. Vid not. ad sympt. 21.

Menstrui decessus per frusta concreta.

In menstruatione parum sanguinis nigri odoris putridi foetidi abit.

Menstrua aliquot dies retardata *).

* * *

Pruritus narium formicans.

255 Exulcerationis et intertriginis sensatio, in intimo naris alterutrius angulo, vel utriusque (p. 12 hor.).

Exulceratio narium.

Epistaxis, tuncque coryza (post sesquihoram observat.)

Naris alterutra obturata, quasi a lamina interne objecta; non ut a gravedine.

In pectore ut a catarrho sensus; bronchia muco obsessa (post quadrantem horae obs.).

260 Tussis cava, sicca, mane inter expergiscendum e somno.

Vesperi post decubitum, dum somnum capit, ad tussim irritatio (p. 6 hor.).

Post decubitum verspertinum irritatio (non titillans) continua ad tussiunculam in suprema laryngis parte, tussiendo non pacanda, sed potius tussi suppressa evanescens.

Brevissima, saepe prorsus sicca tussis, cujus irritatio excitans in colli scrobiculo, ut a puluere e plumis, tussiendo non deletur, sed eo crebrius repetens, quo magis tussi indulget, maxime ad vesperam exacerbans.

---

*) Sympt. 253. Effectus videtur alternans, vel potius posthumus, rarissimus quidem. Mihi saltem plerumque Ignatia contrarium, nimirum menstruationem nimis praecocem, vi primaria, excitare visa est; propterea praecocia menstrua (et nimia) et reliquis symptomatibus haud abruentibus, sanavit, homoopathice.

Interruptio (non titillans) respirationis subitanea, in bronchiorum parte suprema supra colli scrobiculum, ad tussiculam violentam necessario cogens, vesperi (p. 1 hor.).

265 Constrictionis sensus in colli scrobiculo, tussim proritans, ut a fumo sulphuris *).

Expectoratio difficilis.

Expectoratio sputi flavi, odoris et saporis ejusdem, qualis a coryza inveterata (p. 12 hor.).

Punctio in cordis regione in exspiratione (post horae quadrantem obs.)

Punctio in latere sinistro (post quadrantem horae et 3 hor. obs.)

270 Punctus in pectoris latere crebri, in vicinio costae ultimae, extra respirationem, ad pulsus micatum.

Punctus singuli, magni, in dextro pectoris latere, extra respirationem; etiam in tibia (p. 1 hor.).

Dolor premens pectoris sinistri tuncque dextri, deinde articulationis pedis (post hor. 1. obs.).

Pressio in regione sterni medii, ut a corpore acuto **) (p. 20 hor.).

Cum arctatione pectoris, pressio in scrobiculo cordis, inspiratione aucta et in punctionem in scrobiculo cito transiens (p. 1 hor.).

275 Arctatio pectoris et respirationis (p. 5 hor.) ***).

Pectoris post nychthemeron arctatio respirationem intercipiens, quasi nimis angustum sit pectus (p. 12 hor.).

Inter pronationem dolor in pectore antico, ad utrumque sterni latus, quasi costae propius sibi ad motae dolorifice inter se colliderent (mane) (p. 15 hor.).

---

*) Sympt. 265. Vid. notam ad sympt. 21.

**) Sympt. 273. Vid. notam ad sympt. 159.

***) Sympt. 275. 276. cf. notam ad sympt 21.

Dolor in pectore antico tensivus, inter erectionem trunci (in sessu) et statum erectum.
Respirationis inter eundum defectus, tumque in stando tussis.

280 Languor totius corporis summus; dum ambulat respiratio deficere videtur, deliquescentia in scrobiculo cordis, tumque tussis.
Pectoris plenitas.
Inspiratio pondere quasi oppressa; exspiratio autem eo magis expedita.
Inspiratio lenta, exspiratio cita (p. 3 hor.). *)
Inspiratio lenta ex infimo hypogastrio haurienda (p. 1 hor.).

285 Inspiratio brevis excipit longiorem, lenis vehementem (p. 2 hor.). **)
Dolor in sterno, quasi a conquassatione, etiam tactu excitandus (p. 14 hor.).
Pulsatio in pectore dextro (post sesquihoram obs.)
Mane in lecto dolor in vertebris colli acriter premens, in quiete ***).
Dolor in nucha, quando collum movetur, lancinans, quasi a distortione (p. 12 hor.).

290 Rigiditas Nuchae.
Dolor in spina dorsi pressim lancinans, eundo sub dio.
Punctus in osse sacro (p. 48 hor.).
Dolor in osse sacro, etiam inter decubitum in dorso; mane in lecto †).
Conquassationis dolor premens in regione sacra, inter decubitum in dorso; mane in lecto.

---

*) (Sympt. 283.) Effectus alternans cum sympt. 399.

**) (Sympt. 285.) cf. sympt. 390.

***) (Sympt. 288.) Vid. notam ad sympt. 159.

†) (Sympt. 293, 294.) Effectus alternans cum decursu symptomatis ex ignatia orti a decubitu in dorso. cf. sympt. 9, 14, 22.

295 Dolor in articulatione humeri et brachii superioris, ut a distortione, quando brachia moventur.

Dolor in articulatione humeri inter brachii retroversionem, quasi a nimio labore, sive a contusione.

Dolor in articulatione brachii superioris corripiens, depsans, vellicans, partim tensivus, in quiete; at in motu dolor pungens fit *).

In articulatione brachii superioris dolor rheumaticus, sive dolor conquassationis, inter eundum sub dio percipiendus (p. 10 hor.).

In musculo deltoideo brachii superioris vulsio vibrans (p. 24 hor.).

300 Dolor conquassationis in musculis brachii, brachio dependente et sublato.

In latere, in quo decumbit, brachium torpescit (p. 8 hor.).

Inter decubitum in latere dextro, vesperi in lecto, dolor capitis humeri lateris sinistri ut a conquassatione, qui dolor decubitu in brachium affectum pacatur (p. 12 hor.).

Dolor intolerabilis (quem describere nequit) in ossium tubis et articulationibus brachii, in quo non decumbit, vesperi in lecto, tantum cedens si in brachium dolorosum decumbit (p. 12 hor.).

Dolor intolerabilis (quem describere nequit) in ossium tubis et articulationibus brachii, in quo cubat, non nisi decubitu in latus alterum dolore vacuum sedandus, mane in lecto. (p. 20 hor.) **).

---

*) (Sympt. 297.) cf. 340.

**) (Sympt. 304. 305.) Tanquam status alternantes opposita sunt symptomata 302. 303. et utrumque ad vires primi ordinis referendum est. Diversitas eorum e diversis diei temporibus, quibus κατ᾽ ἐζοχήν eveniunt, nimirum vespertino et matutino dependere videtur. Adeo doloris species in altero statu alternanti alia esse videtnr. cf. sympt. 360. 361.

305 Mane in lecto dolor capitis humeri ejsudem lateris in quo decumbit, quasi a conquassatione, qui decumbendo in latus adversum sive in dorsum cessat (p. 24 hor.).

Vesperi post decubitum in parte musculorum brachii inferioris vulsio, quasi a mure sub cute reptante (p. 36 hor.).

Inde a brachio superiore usque ad carpum et digidos tensio putsans.

Ab aëre frigido dolor brachii dextri et lateris capitis dextri (p. 12 hor.).

In manuum malleolo dolor lancinans, mane post experrectionem e somno.

310 Lancinans in digitis dolor et in manus malleolo.

Dolor in pollicis articulatione lancinans, quasi a luxatione, mane inter somnum in lecto.

Torpor in carpo manus dextrae et sensus, quasi narcoticus.

In malleolo manus sinistrae sensus paralyticus et dolor quasi a distortione.

In pollicis articulatione punctus prurientes, ad fricatum cogentes.

315 Sudor manuum creber, calidus, maxime volarum et digitorum (p. 16 et 36 hor.).

Inter tactum pili in manu punctio penetrans, ut ab assula ibidem immersa.

Post decubitum vespertinum motio digiti indicis hinc inde spasmodica.

In digitorum intentione spasmus extensivus digiti medii (manipulatione zoomagnetica pacandus).

Mane (inde ab hora quarta ad octavam usque) in articulatione coxae et in genu dolor pungens, inter eundum et pedes movendum (p. 8 hor.).

320 Immobilitas quasi paralytica artuum inferiorum, cum vulsionibus singulis.

Mane inter surgendum a cubitu, pariter ac post scalarum adscensionem rigiditas genuum et pedum articulationum, femoris et ossis sacri motum intercipiens (p. 30 hor.).

Incedere non poterat et necessario sedere debebat, quoniam inter eundum genua involuntarie sursum tollebantur (post semihoram obs.).

In toto crure sinistro dolor fere paralyticus, ut ab eundo excitatus, post eaque continuus.

In toto crure sinistro tensio dolorifica, in lecto ante somnum captum, interdum evanescens sed mox vehementius repetens.

325 Inter sedendum dolor musculorum femoris posteriorum, quasi a conquassatione (p. 5 hor.).

Rigiditas genuum et lumborum, inter motum dolorifica.

Furunculi ad internam femoris partem (p. 12 hor.).

Post pastum, in sessu, narcosis (femoris et) cruris (p. 5 hor.).

Formicatio in pedibus (surarum cute) pungens, neque quietis, neque lecti patiens, post nychthemerum.

330 Formicatio in pedum quasi ossibus, non ut a narcosi *).

Narcosis crurum ad genua usque, vesperi inter sessum.

Narcosis cruris in sedendo, inter pastum meridianum (p. 6 hor.).

Tensionis sensus in cruribus supra genu usque, cum gravitate crurum.

Crampi **) sensus in suris, dum crus extendit, sive incedit.

335 Crampus surarum in eundo, inter statum et quietem evanescens (p. 4 hor.) ***).

In musculis pedis inferioris, digitorum pedis et surae inter sedendum (dum cibum meridianum capit) crampi accessus.

Inter cruris flexionem, mane in lecto, surae crampus, extensione pedis sive applicatione evanescens (p. 8 hor.).

---

*) Symptomata 329. 330. et 328. 331. 332. status efficiunt alternantes diversos.

**) (Sympt. 332.) Crampi species, vel potius ejus initium.

***) (Sympt. 333.) Effectus alternans est cum symptomatibus 334, 335; ejusdem uterque, uti videtur, ordinis.

In pila calcanei stupor surdus (quasi narcoticus) inter eundum: sensus ut a contusione sive saltu de alto. (p. 3 hor.).

In pila calcanei vel potius in periosteo ossis calcanei dolor inter eundum, quasi ab intertrigine interno. (p. 4 hor.)

340 Dolor premens in tibia inter eundum. (p. 2 hor.).

In anterioribus tibiae musculis dolor fluctuans, quasi corripiens et depsans lancinatim premens, maxime inter motum.

Pressio in sinistra pedis articulatione, cum titillatione interna ad motum tremulum pedis sinistri cogente.

Quasi a distortione dolor in pedis articulatione, mane inter eundum (nec tamen dolor pungens est.)

In pila calcis interna dolor pruriens et vulsorius, maxime mane in lecto.

345 Dolor in osse calcis ardenter-lancinans mane inter experrectionem e somno. ((p. 8 hor.).

Dolor ardens in clavo pedis, dum premitur, licet adhuc non dolorificum fuerit.

Calacementa in superiore digitorum parte sensibiliter premunt; clavi ardent.

Ardor pruriens (ut a pernionibus) in calcaneo et caeteris pedum partibus. (p. 8 hor.).

In latere pedis dolor ardenter pungens sive ardenter secans.

350 Mane in calcaneo punctus plures et infra pedis malleolum dolor pungens inter motum.

Vespere: pedum lassitudo, ut ab itinere longo; pedes promovere nequit.

Pedum gravitas et debilitas.

Crepitus in genu. (p. 2 hor.).

Frigiditas pedum et crurum supra genu usque.

355 G e n u a c a l i d a, (cum titillante genu alterius pruritu) n a s u s f r i g i d u s. (p. 3 hor.).

Sensibilitas dolorosa plantarum inter eundum. (p. 4 hor.).

Calor ardens pedum,

Formicatio quasi interna, in ossibus totius corporis.

F o r m i c a t i o   n a r c o t i c a   i n   a r t u b u s. (p. 4 hor. pluries obs.)

360 Sensus infirmitatis, lassitudinis, et fatigationis pedum, brachiorumque.

Passim in periosteo, in mediis ossuum tubis (non in articulationibus) pressio volatica, ut a contusione dolorifica, quasi a corpore duro, die, maxime vero inter decubitum in alterutro latere in lecto vesperi; dum in dorsum decumbit, evanescens. (p. 20. 30. hor.) *)

Dolor in latere uno sive altero, in quo decumbit, ut a confractione, in colli, dorsi et humeri articulationibus, qui non nisi a decubitu in dorso evanescit, noctu. (p. 4 hor.)

D o l o r   i n   a r t i c u l a t i o n e   h u m e r i,   o s s e   c o x a e,   g e n u u m,   q u a s i   a   c o n t o r t i o n e   s e u   l u x a t i o n e. (p. 8 hor.)

Circa vel aliquantum supra articulationes dolor continuo pungens.

365 Dolor in variis corporis partibus, alte pungens et ardens, sine pruritu. **)

In externa articulationum parte dolor ardenter pungens cum pururitu (p. 1 hor.).

Inter somnum capiendum vespertinum totius corporis vulsio spasmodica (p. 96 hor.).

Vulsiones et ictus artuum (p. 10. 12 hor.).

V u l s i o n e s   s i n g u l a e   a r t u u m,   i n c i p i e n t e   s o m n o (p. 3 hor.).

370 Post decubitum vulsio vibrans in singulis musculorum partibus, passim in corpore (p. 2 hor.).

---

*) Sympt. 361, 362. et Symptomata 9, 14, 15, 22, in quibus dolor nonnisi inter cubitum in dorso evanescit, stateum alternantem constituunt tertium cum symptomatibus 304, 305, et 302 et 303.

**) (Sympt, 365.) e. g. in angulo oris, sub prima pollicis articulatione, etc.

Passim punctiunculae innumerae, maxime in lecto, quasi a pulicibus *).
Passim in corpore pruritus, postquam eundo sub dio paulum incaluerat.
Vespere post decubitum, in lecto, passim punctus, fricatione facile evanescens **).
Passim in corpore sub axilla etc. pruritus, noctu, post fricatum cedens.

375 Punctus in articulatione manuum, cubitorum et in collo.
Cutis externa et periosteum dolorosum (p. 8 hor.).
Cutis erga auram permeantem sensibilitas, in hypogastrio sensus, quasi a refrigeratione subsecutura (p. 4 hor.).
Dolor simplex, tactu tantum excitandus, vehemens, parvo spatio circumscriptus, v. c. in costis, etc.
Symptomata aucta a coffeae potu et fumo tabaci.

380 Ardor in ulcere.
Dolores statim post cibum captum meridianum, statim post decubitum vespertinum et experectionem e somno matutino repetentes.
Lassitudo magna, universalis, a motu exiguo.
Fatigatio, corpus remissum, maxime vesperi; fuga laboris, motus.
Inter eundum sub dio gravitas pedum, cum angore, qui in conclavi evanescit; sed in locum angoris mane morositas subsequitur.

385 Debilitas ad geniculationem usque.
Lassitudo ut a debilitate circa scrobiculum cordis; non potest quin decumbat, tam lassus ut nequidem vestes induere velit; nullius rei studium; decumbit plurimum.
Vacillat, ad minimum offendiculum impingit et prolabitur.

---

*) (Sympt. 371.) cf. Sympt. 366 et effectum alternantem 365.
**) (Sympt. 373. 374.) Characteristicus est Ignatiae pruritus, qui fricatione leni facile a loco evanescit.

11 *

Fatigatio, quasi palpebras clausura,
E nuncio tristi somnolentia maxima.

390 Legens inter sedendum somno opprimitur (post 4 hor.).
Dormituritio, dum sedet; at quando decumbit, coma oritur vigil, somniis plenum. (posf horae quadrantem.),
Somnus altissimus, nec tamen reficiens. *)
Agrypnia; somnum capere non potest noctu, nulla causa conspicua evigilat, (p. 14 hor.)
Somnus tam levis, ut quaevis exaudiantur, v. c. campanarum procul distantium sonitus.

395 Colica flatulenta vesperi in lecto: pressionis species hinc inde in abdomine tendens, quotiescunque noctu evigilat, repetens.
Noctu in lecto crebra situationis mutatio; modo hic, modo illic se jactat.
Blateratio vagiens inter somnum; circumjactatio in lecto (p. 2 etiam 5 hor.).
Pedes inter somnum supplaudit, (p. 4 hor.) musculos oris convulsive movet, una cum vulsione manuum introrsuum.
In somno suspiria et gemitus. (p. 4 hor.).

400 Inter somnum inspiratio brevis, exspiratio lenta,
Respiratio omnis generis inter somnum alternans, brevis, lenta, gravis, lenis, evanida, stertorosa.
Vesperi, in lecto, quasi sanguinis aestuatio, quominus somnum capiat, impediens.
Inter somnum inspiratio stertorosa.
Decubitus inter somnum in dorso, volam occipiti supponit.

405 Mane in dorso jacet brachio altero supra caput

---

*) Sympt. 392.) Haud dormiisse putat, dum expergiscitur.

**) Sympt. 390 cum symptomatibus 391, 392, statum efficiunt alternantem.

posito; ita ut vola occipiti substrata sive in nucha reposita sit.

Excussiones e somno subitaneae, ploratus cum vultu miserabili; pedes agitat et supplodit; manus et vultus pallidi et frigidi.

Somnia tristibus plena; lacrymans evigilat.

Inter somnum locutio flebilis, miserabilis, inspiratio stertorosa, ore plane aperto; oculo modo hoc, modo illo paululum aperto (p. 4 hor.).

oncussiones terrificae inter somnum capiendum, ob phantasias monstrosas quae adeo, post experectionem aliquamdiu ei obversantur.

410 Mane in ipsa vigilatione gravitatem, accumulationem, stagnationem et aestuationem sanguinis cum melancholia sentit.

Concussio terrifica mane, inter experrectionem e somno tam levi, ut singulos campanarum sonitus exaudiret.

Somnia terribilibus plena.

Evigilatio e somniis crudelibus, matutinis (post 18 hor.).

Inter evigilationem repente surgit, inepta loquens, prius quam ad conscientiam sui redit.

415 Evigilatio e somno meridiano per somnia crudelia, (v. d. mergendo se in aquas).

Noctu somniat se in aquam incidisse et lacrymare.

Noctu somnia, exspectationibus et contentionibus frustratis plena.

Idea fixa in somnio; de eodem objecto per omnem noctem somniat.

Ejusdem argumenti somnia plurium horarum.

420 Somnia cum meditatione et reputatione (p. 4 hor.).

Coma somniis plenum ante noctem mediam, cum calore universali, sine siti.

Noctu calor universalis, anxius, sudore circa nasum exigua, calore maxime in manibus pedibusque, nec tamen denudandis, sed perpetuo te-

gendis, cum femoribus frigidis, cordis palpitatione, respiratione brevi et somniis impudicis; maxime dum in utrovis latere, minus dum in dorso decumbit.

Calor nocturnus, inde ab hora altera usque ad quintam, per totum corpus, maxime in manibus et pedibus inferioribus, sine sudore et siti et sine siccitatis sensatione; (dum plenissime vigilat).

Quovis mane sudat, si praeeunte evigilatione denuo somnum cepit, et quum surgit, ita lassus est, ut potius denuo decumbere velit,

125 Noctu somnia, quibus vires intenduntur, plena dissertationibus literariis. Somnia, meditationem intendentia, versus matutinum tempus (p. horae dimidium).

Plantasiae nocturnae, meditationem intendentes.

Mens in somnio per totam noctem de eadem re meditatur; idea fixa, adeo post experrectionem vigens.

Spasmus tonicus membrorum omnium, quasi a rigiditate.

Oscitatio creberrima, vehemens, etiam inter pastum et post somnum;

430 Oscitatio immanis, quasi maxilla inferior extorta sit, mane, (et maxime post somnum meridianum.)

Oscitatio immanis, convulsiva, qua fit ut oculi aqua redundent, vesperi ante somnum capiendum, et mane post surgendum e lecto (post hor. 28, 38.)

Oscitatio crebra, immobilitate et reluctantia quadam pectoris interrupta (inter 8 et 10 hor.).

Sitis pomeridiana et vespertina.

Cum frigore febrili sitis.

435 Fuga aëris liberi.

In aëre modice frigido, quamquam non libero, frigus immodicum, totum corpus occupans, cum cephalalgia lateris dimidii (p. 4 hor.).

Frigiditas et frigescentia, pupillis parum dilatabilibus.
Frigus et frigiditas, maxime in posteriore corporis parte; conclavi calido statim utrumque repellitur (p. 4 hor.). *)
Frigus in dorso et supra brachia. (post hor. quadrantem.)

440 Horror in facie et in brachiis, cum dentium crepitu et cute anserina.
Vespere incipiente frigescit.
Frigus maxime in pedibus.
Horror cum cute anserina supra femora et brachia inferiora, tumque etiam in genis (statim).
Horror continuus in apyrexia.

445 Calor faciei, pedibus manibusque simul frigidis.**)
Frigus supra brachia superiora auribus calidis.
Calor manuum cum horrore per totum corpus et angore in fletum degenerante.
Faciei rubor vespertinus cum horrore concutiente.
Febris: frigus supra brachia, maxime superiora, tumque genarum calor et rubor, manuum et pedum calor, sine siti, inter decubitum in dorso.

450 Febris pomeridiana, horror cum torminibus, tum debilitas et somnus, cum calore corporis ardente.
Gena et auricula alterutra rubore suffusae, ardentes.
Caloris volatilis accessus subiti per totum corpus.
Calor externus auctus.

---

*) (Sympt. 440.) Frigus febrile, calore externo delendum peculiare est Ignatiae semini.

**) (Sympt. 446, 447, 448, 449, singuli status alternantes symptomatis primarii, scilicet caloris singularum partium cum frigore, frigiditate seu horrore aliarum partium.

Calor et rubor externus, sine calore interno *).

455 Sensus caloris universalis, mane in lecto, sine siti, inter quem stragula aversatur.

Calor nocturnus inter quem retegi cupit.

Calor corporis maxime inter somnum.

Calor totius corporis pomeridianus, sine siti, cum siccitatis sensu in cute; attamen cum aliquo faciei sudore (p. 8 hor.).

Calor ad caput adscendens, sine siti.

460 Noctu hora secunda, de calore externo gemitus; stragula postulat leviora (p. 15 hor.).

Caloris externi intolerabilis sensus; tum respiratione cita.

Sensus quasi a sudore (caloris volatici anxii sensus.) (p. sesqui hor.).

Sudor universalis.

Tremor plurium horarum.

495 Palpitatio cordis, maxime inter meditationem altam, inter coenam et post somnum, (meridianum); mane in lecto calor et cordis palpitatio.

Angor quasi crimen commisisset.

Angor summus, loquelam intercipiens.

Multifaria agitat; inquietus, modo hoc, modo illud suscipit.

Mente intenta, maxime mane, voluntas praeceps; non tanta celeritate loqui, scribere sive quidquid operari potest, quanta vult, unde anxia agendi ratio, lapsus in dicendo et scribendo et ineptae corrigendae actiones oriuntur (p. 20 hor.).

470 Hebetudo animi cum propensione in festinatio-

---

*) (Sympt. 455, 456.). Calor ex Ignatia natus fere nonnisi externus esse solet; nunquam fere sitis cum hoc calore est, neque ubi febris intermittentis speciem prae se fert. Idcirco Ignatia illis nonnisi febribus intermittibus constantes opitulari potest, quibus conjuncta est sitis in frigore, in calore nulla.

nem; sanguis, dum festinat, ad faciem ei adscendit (p 6 hor.).
Opinatur, sese pedibus incedere non posse.
Metuit ne ulcus in ventriculo nanciscatur.
Timiditas, diffidentia sui; omnia perdita existumat.
Dum vigilat, post noctem mediam, metus furum (p. 10 hor.)

475 Facillime terretur.
Metus pusilli cujusque, maxime objectorum sibi appropinquantium (p. 8 hor.). *)
Reprehensione levi sive contradictione ad rixam concitatur; deinde vero ipse sua agendi ratione indignatur (p. 36 hor.).
Animus audax. (p. 3 et 2 hor.).
Facies ob contradictionem levem rubore suffusa.

480 Taedium et stomachatio brevis.
Morosus, pertinax et asper; quaecunque aguntur, improbat; vesperi (p. 6 hor.).
Inconstantia, impatientia, haesitatio, rixa, (intervallo trium vel quatuor horarum alternantes).
Mutabilitas mira animi, mox in jocum mox in fletum proni.
Aliquit horas post indignationem animus in jocum pronus (p. 8 hor.).

485 Nugae jocosae (p. 8 hor.).
Inepta appetens, si denegantur, ejulat.
Quando, quae appetit, leniter denegantur, vel si verbis, quamvis lenibus atque benignis, eam fatigas multaque ei suades, sive a voluntate ejus abhorres, alta voce lacrymat.
Propter pusilla clamor et ejulatus. (p. 1 hor.).
Querulae absurdae de strepitu nimio (p. 2 hor.).

490 Intolerantia strepitus cum faciliore pupillarum dilatabilitate (p. 8 hor.).

---

*) Sympt. 477 et 479 status alternantes.

Vox submissa, lenis; clare loqui nequit.
Fuga loquendi, taciturnitas (a. 1. ad 4 usq. hor.).
Coma; piget oculos ad videndum, os ad loquendum aperire; cum respiratione leni et lenta.
A pressione in variis capitis partibus, morositas et stomachatio.

495 Melancholia taciturna, seria; neque ad sermonem neque ad hilaritatem concitandus; sapor omnium escarum fatuus, aquosus et appetitus imminutus. (p. 24 hor.).
Taciturnitas indignabunda (post semi hor.).
Ut videtur mens cogitationibus altis occupata et oculi fixi; attamen nil omnino cogitat (post 2 hor.). *)
Ideae fixae, v. c. de musice atque modulationibus variis, vesperi, ante et post decubitum.
Idea fixa, quam cogitando prosequitur, sive dicendo plenius et studiosius exponit (p. 2 hor.).

500 Invitus molesta et acerba cogitat iisque inhaeret (p. semi hor.).
Animus tener, plane sui compos.
Animus mollissimus et religiosissimus, (p. 20 hor.)
Animus tristis (ad vesperam.).

---

*) Sympt. 498 efficit, status rarus, effectum alternantem cum symptomatibus subsequentibus.

Observata medicorum veteri scholae addictorum.

Borborygmi (*Valentinus*, histor. simpl. reform. p. 198.)
Menstruatio (*Bergius*, mat. med. p. 150.)
Tremor totius corporis (*Bergius*, l. c.)
Tremor totius corporis trium horarum, cum pruritu et immanibus vellicationibus, ut vix se sustinere posset, vehementissimis in maxillis, ita ut os quasi ad ridendum torquere deberet (statim.) (*Camelli*, Philosoph. Transact. Vol. XXI. Num. 250.)

(5) Agitatio continua (*Grimm*, Eph. N. C.)
Motus convulsivus (*Bergius*, l. c.)
Convulsiones. (*Durius*, Misc. N. C. Dec. III. ann. 9. 10, obs. 126.)
Insensibilitas totius corporis. (*Grimm*, l. c.)
Animi deliquum. (*Bergius*, l. c.

(10) Anxietas, *Grimm*, l. c.)
Attonitus quasi incedit, (*Grimm*, l. c.)
Sudores frigidi, (*Bergius*, l. c.)
Angor vehemens circa scrobiculum cordis, cum vertigine, animi deliquio, et sudoribus frigidissimis. *Camelli*, l. c.)

Magnes artificialis.

Scholae iatromechanicae, materialisticae et atomisticae addictis non solum paradoxum, sed puerile et incredibile visum est, partes grani tantum unius minimas de medicaminibus validioribus, secundum doctrinam homoeopathicam propinatas, salutiferas esse posse.

Concedo; omnino magis est commodum, existimare, morbos omnino omnes sordibus constitui accumulatis, et medicamenta vectium more et machinarum, sive ex ratione reagentium chemicorum agere, quam arbitrari, mutationes illas vitae internas (morbos) esse affectiones vis vitalis mere dynamicas, et medicamina virtutibus gaudere, corporis humani statum dynamice alterantibus, et exinde institui debere medelam.

Si iatromechanicorum sententiam sequimur, tunc medicaminum vires e mensura et pondere Norimbergensi debent aestimari, num quid valeant, nec ne;

at vero tum pondus quoque morbi erit disquirendum, cui certi ponderis medicina est opponenda.*)

Sed quo pacto cum notionibns atomisticis et materialisticis de virtute medicaminum medica convenit, quod unica scintilla imponderabilis, e lagena Leidensi missa, hominem concutiat robustissimum, quin ponderosi quid cum corpore communicetnr? Quo modo cum notionibus atomisticis et materialisticis vis Mesmerismi maxima convenit, si vir robore plenus, voluntate benefaciendi forti instructus, ad cordis scrobiculum hominis enervati summo tantum pollice propius accedit? Qua denique ratione cum notionibus atomisticis et materialisticis de viribus medicamentorum congruit, qnod magnes artificialis, si vel corpus plane non attingit, imo substantiis intermediis densis obtectus (panno, vesica, vitro etc.) tantam valeat progignere corporis nostri mutationem, ut incommoda inde gravissima morbosa enascantur; sive quod perinde est, quod baculus magneticus, in corporis vicinium vel brevi tempore adductus malis vehementissimis, quibus uti medicamen accomodatus est, cito ac tuto possit mederi? Quae hic magnetis

---

*) Reilii, Ackermanni, Reichii systemata sic dicta mediea subtiliora quidem, sed mechanica quoque sunt, et atomistica. Quo enim pondere medicamenta esse debent, quae formam partium simplicium corporis aegri et centupondium unum ac dimidium pendentis mutatam reponant in sedem priorem? Quanta oxygenii, hydrogenii vel azotici portione opus est, quod eorum in succis morbo tentatis et pondus librarum quadraginta vel quinquaginta habentibus deest, secundum mensuram ac pondus resarciatur? An chemismus medicorum alia ratione in corpus aegrotum agere potest, quam mensura et pondere, vel addendo quid vel demendo?

pars ponderabilis in corpus penetravit, ad mutationes illas saepe immanes in corpore perficiendas? Nonne centillio grani unius (grani fractura, cujus nominator sexcentos habet numeros) multo majus habet pondus, quam haec pars plane inponderabilis et quasi anima, quae e magnete artificiali in corpus vivum influxit. Num miraberis adhuc, o atomista, doses medicaminum valentiorum homoeopathicas minimas, quae magnitudine longe superant vim magneticam haud visibilem?

Symptomata sequentia oborta sunt, dum homines diversae sensibilitatis contactui se exposuerunt magnetum diverse valentium.

Quae sine polorum discrimine surrexerunt, experimentis provenerunt per semestre institutis, ut recta et efficacissima methodus, magnetis ducendi super chalybem eumque vi impraegnandi magnetica, inveniretur, dum solea ferrea magnetica, libras duodecim attrahens, manibus tenebatur, quae polos igitur ambos per horarum spatium attingebant.

Symptomata contactus universalis ex *Andry* et *Thureti*, ex *Unzer* et e *de Harsu* scriptis sumta, exorta quoque sunt, superficie tota laminarum magneticarum diversarum cuti imposita, polo igitur utroque.

Symptomata subsequa, de polis ambobus observata, oborta sunt, cum sani baculum magneticum validum, ab octo ad duodecim usque minuta semel, raro pluris attigerunt.

Quamvis quilibet polorum, uti e symptomatibus allatis elucescet, vim habeat sibi propriam, hominis

statum immutandi, quivis tamen, bis vel pluries applicitus, effectus exserere videtur alternos, poli oppositi viribus similes.

In morborum curatione magnete multo mitius nobis utendum est, cum homoeopathice agere debet. Ad hunc usum baculus magneticus duodeviginti unciis longus qui in quovis polo libram attrahit dimidiam, satis superque valet,*) si polum, e symptomatum similitudine morbo cuidam delectum, unius tantum minuti spatio pars morbo affecta vel summus aegroti digitus attingit, sive fere attingit. Vidi tamen homines quibus pro dosi plena baculi talis contactu per semiminutum tantum opus erat.

At vero, si primo contactu omnis morbus non sublatus est, secunda vice attactum poli ejusdem repetere non magis licet, quam e reliqua medendi methodo homoeopathica accommadatum est, quod primam altera immediate insequatur medicamenti ejusdem dosis. In tali casu (vid. Organon d. Heilk. §. 175 — 78) pro re nata aliud abhibendum est medicamen, sive si polus ante perperam erat electus, tum oppositus erit admovendus.

Res hic se habet, sicuti in aliis medicamentis, quorum usus enantiopathicus seu palliativus evitandus est, ubi remedium existit homoeopathicum, symptomatum similitudine morbos e fundamento sanans.

---

*) Imo bacillum longitudine unciarum octo et pondere uunciae dimidiae, quod (in polo arctico) quatuor ferri semuncias retinet (abs memet ipso tam validum factum atque cordarum reticulo molli tenuique circumnexum, quia vis ejus magnetica optime ita reservatur, in qua libet directione teneat situm) tempore novissimo omnem mihi vim medicam, a magnete expectandam, contactu unius minuti exhibuit.

Quare si inter symptomata magnetis tantum universalia similitudo morbi curandi homoeopathica reperitur, quin sciamus, qui utriusque poli hic praecipue sit acommodatus, in usum is vocetur, cujus plurima huc pertinentia nota sunt symptomata. Si vero, polo hoc admoto, morbi sanandi uno fere momento disparent (et alia quoque symptomata, quae ante non adfuerunt, oboriuntur, per semihoram, sive per horae tantum quadrantem, tunc polus non fuit homoeopathicus, sed enanthiopathicus, palliativus; malum mox recrudescet et invalescet. Medicus vero, qui auxilium ferre nec experimenta vult facere, neutiquam moratur, sed, si malum, quod subito et palliative erat suppressum, vel per horae tantum quadrantem tacuerat, (maxime, si nova accesserunt symptomata) polum oppositum adducit in contactum, nec tempore longiori, quam quo palliativum admoverat. Hic primum mala recens oborta tollet, tum exacerbationem homoeopathicam exiguam (Organon d. Heilk. §. 164.) mali primitivi excitabit, et deniqne restitutionem plenam ac durabilem homoeopathiae ope efficiet, uti in omnibus aliis evenit medicamentis, quae e symptomatum similitudine (homoeopathice) sunt delecta.

Animus mitior vel si aeger facile frigescit, medicum ad poli arcticiusum ducunt, si symptomata malo sanando similia in symptomatibus magnetis tantum generalibus reperiuntur.

Effectus modicae dosis vis magneticae ad decem dies et supra extenditur.

Si magnetis electio fuerit injusta, tum incommoda inde pronata. saepe maxima, scintillis parvis electricis duplicatis identidem saltem supprimuntur, efficacius vero et multo melius palma manus laminae stan-

neae majori (per semihoram) imposita tolluntur.

Si medico magnes remedium aegrotis remotis mittendus est, ipse eum e praescriptione sequenti parare potest, quam multis experimentis optimam inveni.

Opus est ei in hunc usum bacillis chalybeis e chalybe germanico sive anglico bono paratis, uncias circiter octo longis, lineas duas sive duas ac dimidiam latis, unamque lineam crassis, quae duritiem elasticam (non duritiem vitri) nacta sunt, atque solea ferrea magnetica validiori, quae libras circiter decem ad duodecim usque potest attrahere.

Ut igitur bacillo chalybeo maximam vim magneticam (qua imbui possit) facile ac vito impertiamus, solea ferrea magnetica non est ducenda sine ullo ordine super bacillum, ita ut soleae ferreae polus, quo operamus, in fine bacilli quasi abrumpatur; hac enim ratione ad maximam partem bacillum iterum vi privabimus magnetica, quae cum eo erat inter ducendum communicata, et quae operatione saepius repetita resarciri ei nequam potest.

Quare soleae ferreae polus, quo tractus instituitur, si ad finem fere bacilli pervenit, super laminam ferream ducatur, ut transitus insensibilis, innocuus a chalybe in laminam perficietur, quo facto soleam ferram abducere possumus, nullum bacillo, cujus extremitas subjacet, inferentes damnum.

Sed lamina, unam bacilli extremitatem obtegens, subtercurrat quoque bacillo et alteram simul bacilli extremitatem simili ratione obtegat necesse est, ut hujus striae lamineae ope fluxus magneticus inter polum bacilli utrumque contineatur in nexu.


Quare striae laminae ferreae tenuissimae, albae, lineis aliquot longiori, quam bacillum chalybeum, cum quo vis magnetica est communicanda, bacillum superimponatur, tum extrema striae lamineae sursum et circa supra bacilli extremitates ad uncini formam flectantur, quae polos deinde bacilli anguste tantum operiant, iis vero arcte incumbunt et tenuissime quidem, quia extrema sunt exacuta, ut inter ducendum solet ferrea insensibile fere, paululum ante bacilli chalybei finem ad laminae extrema pervenire, iisque superlabi, et ita a lamina extrema sine ullo damno possit abduci.

Utrumque laminae extremum unciformiter reflexum notetur, alterum litera N. (polus arcticus), alterum litera S (polus antarcticus) ut in situ horizontali septentrionem versus extremitas N conversa sit, usque dum tractatio bacilli chalybei magnetica fimita est,

Bacillum ipsum creta, atramento sive aliis in medio denotetur, utraque vero pars dimidia lineis iterum duabus notetur, quarum una in secundo tertiario partis bacilli reliquae adnotatur ratione sequenti;

Fibula laminea,

Bacillum fibulae lamineae insertum.



dum hujus extremitas (N) ad septentrionem conversa est. Tum polus soleae ferreae antarcticus bacillo (a) perpendiculariter imponatur atque per totum bacilli dimidium arcticum ducatur ad usque supraque ex-

tremitatem (N) laminae inflexam et inde abducatur, orbemque in aëre magnum describendo rursus reducatur supra laminae finem (N), tum abducatur lineaeque bacilli secundae (b) imponatur iterum atque soleam ferream iterum in orbem attollendo, postremum polus antarcticus puncto tertio et ultimo (c) imponatur, et per breve hoc spatium supra laminae extremum (N) ducatur ibique avertatur.

Nunc bacillum fibula laminea, quae immobilis eundem occupet locum, eximatur, atque extremitas bacilli jam tractata notetur litera N: polus arcticus est factus. Tum bacillum inversum in fibulam lamineam ita imittatur, ut extremum bacilli arcticum jam tractatum sub laminae extremitate, litera S notatae, situm nanciscatur, bacilli vero extremum adhuc tractandum sub laminae extremitate, litera N. notata.

Tractatio poli bacilli antarctici, quae nunc incipit, in directione ad plagam septentrionalem (quamvis polus est antarcticus, qui adhuc tractandus) super fibulae lamineae extremum (N) instituitur, quae, uti antea dictum, ad septemtrionem conversa est (bacillo enim solo inverso).

Polus soleae ferreae arcticus medio (a) imponatur, ac septentrionem versus per bacillum superque laminae extremitatem (N) ducitur, tum puncto (b) partis bacilli antarcticae imponitur, ducitur ad finem usque, et postremum puncto (c) imponitur; ducatur super laminae extremitatem (N), quo facto polus bacilli artarcticus, litera S notandus, paratus est.

Bacillum fibula laminea exemtum per hos sex tractus (in quovis latere tres) tantum est factum magneticum, quantum hujus soleae ferreae ope fieri potest.

In subscude abietina, quae longitudine est bacilli, cavum a scriniario paretur longitudini bacilli accomodatum, cui bacillum magneticum apte insertum mittatur ad aegrotos, polo bacilli arctico (N) externe in subcude adnotato,

Aegrotus pro dosi polum bacilli talis magnetici (et in subscude reconditi) per unum vel sesquiminutum adtingat, pro morbi natura et pro aegroti inde adfecti viribus.

Schöncke.

Magnes artificialis.

Symptomata.

Influxus magnetis, a quovis latere contacti, universalis, manibus in polo utroque occupatis, sive omni magnetis longitudine cuti plane imposita.

Vesperi post decubitum in lecto, vertigo, quasi casurus sit (cito transiens).
Vesperi post decubitum vertiginis species, uti succussio repentina, penetrans per caput.
Visus objecta loco incerto pendere et vacillare videntur, quare incessus et gressus vacillans.
Si quid memoria repetere vult memoriamque intendit, cephalalgiam inde nanciscitur.
5 In hemicranio medio dolor acer, ut primo ictus accepti momento est.
Mane statim post oculos apertos dolor capitis, uti a contusione, qui post surrectionem e lecto disparet.
Mane momento quo expergiscitur, dolor capitis saevus, diruens, stupefaciens, ut in febre putrida, statim evanescens, si flatuum motus in imo ventre oboriuntur.
Jam a stomacho exiguo, qui ei motus est, dolor

capitis, quasi ab impressione acri in punctum cerebri parvum. *)

In verticis regione loco cerebri parvo dolor, quasi a clavo obtuso impresso; et externe pressus dolet locus (post horae dimidium).

10 Mane post surrectionem e lecto cephalalgia, quasi cerebrum basi emoveatur; post oscitationem evanescit.

Calor faciei et sensus in faciei cute mordax, manibus frigidis.

Punctus ardentes, intolerabiles in faciei musculis, vesperi. **)

Sudor faciei sine calore, mane.

Cum mentis corporisque alacritate pupillae dilatae (post nychthemerum).

15 Extra visus lineam in crepusculo candidae lucis particulae velocissime a latere vibrant, circumcirca, ut in luminis repercussione. ***)

Vesperi post decubitum dolor in oculis mordax, ut a lacrymis acribus.

Vibratio palpebrae inferioris (p. 4 hor.).

Pruritus palpebrarum et bulborum versus angulum internum.

Siccitas palpebrarum (p. 4 hor.).

Mane in lecto, pruritus et ardor pruriens in meatu auditorio.

20 Pustula in auris antitrago pruriens; fricatu pruritus haud evanescit, sed dolor adhuc accedit.

Susurrus in aure alterutra clarus, magnus, et simul cephalalgia aliqua lateris ejusdem, quasi corpus alienum hic cerebro insit; simul pu-

---

*) Qui dolor semine Ignatiae statim sublatus est, ope symptomatum ejus homoeopathicorum 21, 191.

**) Sine pruritu admisto.

***) Symptoma fere quod Marcus Herz vertiginem nuncupat notham.

pilla hujus lateris multo est diductior (medio baculi magnetici contacto).

Odoratus hallucinans: odor ante nasum, instar fimi. (post semi horam.)

Odoratus hallucinans: identidem odor ante nasnm, qualis ex arca vestiaria diu occlusa provenire solet.

25 Sensilitas circa labiorum marginem dolorosa.

Sapor metallicus in uno latere linguae.

In periosteo maxillae superioris dolor interrupte lancinans usque ad orbitam, succussionum instar, e lancinante, terebrante, pungente et ardente dolore compositarum.

Dolor dentium primorum inter potionem frigidam; frigiditas penetrat in dentes inter potum frigidum.

Pronatione dolor dentium excitatur (post nychthemerum).

30 Odontalgia: dolor pulsatim sive vulsim premens, singulatim tantum accedens.

Dolor in radicibus dentium incisorum inferiorum simplex, ut a conquassatione, vel excoriatione vel quasi a corrosione caustica.

In glandulis submaxillaribus punctus singuli, obtusi (vesperi)

Quovis vesperi salivatio cum labiis tumidis.

Appetit tabacum, lac, cerevisiam, et bene sapiunt; vix vero hisce frui coepit, statim inde satiatur, et parum tantum assumere potest (post horam decimam sextam.).

35 Tabacum et cerevisia nullius sunt saporis; illud mordacitatem tantum ciet in lingua, haec solam sapit aquam.

Res nonnullae saporis esse mucidi videntur quamvis per se sapore sunt bona, incorrupto (post primam hor.)

Ructus odoris sunt ac saporis, qualis est cornu rasurae.

Ructus ingestorum sapore, sed corrupto.

Molimina ructuum frustranea, ructus incompleti (post horam primam.).

40 Inter pronationem: acidi in os regurgitatio.

Borborygmi sonori, quanquam indolorifici, maxime in intestinis tenuibus, usque ad et paulo infra os pubis et gremio tenus, manu imposita percipiendi, quasi a sede diarrhoica nascitura, etsi nihil, vel flatus tantum parvus, breviter abruptus decedit.

Flatus breviter abrupti cum strepitu sonoro et doloribus in ano, vi quasi, abeunt. *)

Borborygmi ac rugitus maxime sonori in abdomine, mane iu lecto; tum colica, quasi a flatibus retentis.

Sensatio nauseabunda et dolorifica in intestinis, quasi a purgante resinoso vel rheo assumto; flatus putridi, calidi cum dolore decedunt.

45 Intestina dolent, quasi a conquassatione, cum nausea vomituriente, qualis a purgantibus remanet, flatibus putrido foetidis et diarrhoea (post horam decimam sextam)

Solor tensivus et simul ardens in regione epi — et hypogastrica, tum dolor surarum trahens et tensivus (post horam vicesimam).

Constipatio alvina plurium dierum, quasi a recto angustato et constricto, cum cephalalgia, ut ab impedimento in cerebro, quae caput aqualiter occupat, animo taedioso, impatiente.

Alvo deposita dolor in ano haemorrhoidalis vehemens, ut a vulnere et sensu constrigente magis in recto, quam in ano.

Inter sessus ardor in ano. ut in haemorrhoidum quadam specie.

50 Nodi haemorrhoidales prurientes.

---

*) Baculo magnetico medio contacto.

Post sedes molles haemorrhoides coecae, quasi a vulnere dolor nodorum haemorrhoidalinm ad marginem ani, inter sedendum atque eundum.

Recti prolapsus inter alvum exonerandam.

Aliquot minuta post mictum ardor in vesica, praesertim in collo vesicae.

In urethra, in gallinaginis capite, ardor inter semininis in coitu emissionem.

55 Mane expergiscenti e somno ardor in regione vesicularum seminalium.

Mane expergiscenti e somno ardor in regione vesicularum seminalium ardens, vel in gallinaginis capite in urethra, ad concubitum proritans; ardor hoc in loco inter mingendum augetur.

Mane sole orto somnus profundus somniorum libidinosorum plenus: post expergiscendum partes genitales proclives ad semen emittendum, et hernia inguinalis nascitura est, cum dolore quasi ab intertrigine.

Mane in lecto et inter eundum tentigo penis vehemens, continua, de amoribus non cogitanti oboritur.

Impetus veneris nullus; membrum virile remissum in quovis amoris irritamine (statim).

60 Praeputium retractum glandulam non amplius obtegit, vel ad minimam partem.

Epididymidis tumor et dolor simplex, motu et tactu. —

Dolor pruriens mordax sub praeputio (statim).— Pollutio nocturna. (post aliquot hor.)

* * *

Noctu et aliis temporibus accessus tussis siccae vehemens, brevis, quam deinde expectoratio facilis pituitae trachealis sequitur (post aliquot horas).

Tussis convulsiva (statim).

65 Pituita in parte tracheae anteriori tenax, screatu (tussicula voluntaria) facilis ejectu, vesperi et mane (post nychthemerum).

Post noctem mediam, inter vigilandum ac meditandum, tussis spasmodica.

Accessus tussis vehementis, siccae, qua lacrymae mordaces atque urentes oculis extorquentur.

Mane rigiditas vertebrarum colli dolorosa et fragor inter motum (p. 12 hor.),

Vulsiones musculorum dorsi et sensus, quasi quid vivi eis insit.

70 Dolor in ossis sacri junctura mane in lecto inter decumbendum in latere et interdiu inter pronationem longam.

Dolor in ossis humeri articulatione (sive in articulationis ligamentis), quasi ab eluxatione, exarthrosi (non quasi a sola subluxatione vel distortione).

Si in loco frigido commoratur, vulsiones lancinantes in brachii musculis oriuntur.

Vesperi (inter sextam et septimam horam) dolor lancinans et quasi a conquassatione in brachii articulationibus, magis in quiete, quam inter brachium flectendum, — post horam vicesimam quartam recrudescens.

Dolor in carpo manus, quasi tendo transiliat, vel concussio electrica hic pervadat (p. 48 hor.)

75 Dolor arthriticus, diruens et terebrans in pollicis articuli inferioris loco, inter quietem.

Punctus diu continuans, ardens cum sensu quasi a vulnere, in parte musculorum pollicis crassissima atque in sura; serius in parte tibiae inferiori (p. 2 hor.).

Facilis digitorum distortio vel contortio.

Crampus surae mane in lecto, inter genu flectendum, et musculorum relaxatio, *)

---

*) Inter amorum lusus ac irritamina.

In partibus carnosis extrorsum juxta tibiam dolor, ut a verberatione, vesperi inter eundum.

80 Dolor in malleolo externo, quasi a luxatione vel a podagra, si post sessum surgit et ire incipit, evaneseens vero, si vadere pergit (post aliquot horas).

Dolor calcis interrupte lancinans, statim transiens, sed identidem rediens.

Vesperi punctus nonnulli cum ardore aliquo partis mollis in latere calcanei (dies post quatuor).

Sensibilitas dolorosa et dolor ut a vulnere in unguis hallucis radice atque cuticula radicem obducente, vel inter tactum.

Sub ungue hallucis pedis utriusque dolor, quasi a calcei attritu, ut ab excoriatione et quasi unguis suppuratione pessum eat.

85 Mane in lecto, inter decumbendum in latere; omnium articulationum, ubi articulationum capitum cartilagines se attingunt, dolor continuus, intolerabilis, simplex ut a converberatione, statim remittens, si in dorso decumbit, capite reclinato, genibus flexis divaricatis, motu adauctus.

Dolor ut a verberatione, in juncturis lateris, in quo non decumbit, vesperi in lecto. *)

Dolor ut a verberatione, omnium juncturarum, sive dolor rheumaticus ligamentorum articularium brachiorum omniumque pectoris dorsi et nuchae juncturarum, inter motum ac respirationem. **)

Omnium juncturarum praesertim ossis sacri, lumborum et pectoris dolor ut a paralysi, vel quasi juncturae confractae, contritae sint, major inter movendum et standum cum sensu trahente et lancinante maxime in articulationum liga-

*) Medio baculi magnetici contacto.

**) Medio baculi magnetici contacto.

mentis et musculorum tendinibus, ubi ossibus sunt affixi, — praecipue mane post surgendum et vesperi ante decubitum; — attactu partes non dolent; flatibus abeuntibus dolores mitigantur; si dolor augetur, oculos claudat necesse est.

Inter artuum motum dolor articulationum, quasi ab eluxatione, et sensus membrorum vibrans, quasi ad cubiti marginem offenderit.

90 Narcosis artuum, praecipue post sessum inter surgeudum et standum sive eundum.

Mane inter decumbendum in lecto, ex illicebris coitus exercendi (si iis fortiter resistit) speciem dolorum arthriticorum vel podagricorum acquirit, partim ut a converberatione sive lassitudine, in osse sacro, genubus omnibusque juncturis.

Vulnus jam fere sanatum dolere incipit, ut vulnus recens.

In variis corporis partibus furunculi, cito disparentes,

Hinc inde ex, c. sub pedis malleolo dolores corrosive exedentes.

95 Pruritus simplex, aliquanto continuus partium mollium, fricatu non mutatus.

Post decubitum, hinc inde infra articulationes pruritus ardens, fricatu haud sedatus.

Hinc inde quasi punctus continuus, pruriens, in ardorem desinens.*)

Vesperi post decubitum, punctus hinc inde singuli, ardentes, in mordacitatem desinentes,

In spatio parvo (ex. c. in plantis pedum) dolor formicans, qualis membri narcosim praecedere solet.

100 Ante obdormiscendum, vulsiones corporis singulae.

---

*) Medio baculi magnetici contacto.

In ulcere dolor acer, qualis est vulneris recentis.

E somno (meridiano) surgenti corporis rigiditas inter motum contingit.

Mane post surrectionem, languor magnus cum anxietate (p. 44 hor.)

Statim languescit, non dormituriens, et cardiaci quid et roborantis assumere optat, nescit vero, quamnam rem (statim).

105 Horis valde matutinis coma vigil plurium horarum, sole autem orto coma somnolentum sive somnus profundus, somniorum gravium atque affectuum (ex. c. taedii) plenus, qui cephalalgia, quasi cerebrum undique vulneratum sit, finitur, evanescente post surgendum.

Somnus somniosus, oppressionis et anxietatis plenus, incubo similis (p. 30 hor.).

Expergiscitur noctu hora tertia; horis post aliquot sopor somniosus, tum sine siti sensus caloris in membris, quae primo denudata, dein sedulo operta esse volunt.

Nocte inde ab hora tertia vigiliae, sed mane prima luce palpebrae clauduntur, et comate obrutus somnolento, somniorum gravium pleno, jacet.

Mane inter somnum decumbit in dorso, altera palma manus sub occipite, altera super ventriculi regione porrecto, genubus divaricatis, inspiratione stertorosa, ore semiaperto et blanda inter somnum mussitatione, et de rebus amatoriis seminisque ejaculatione (quanquam nulla locum habet) somniat; expergiscenti cephalalgia in occipite, qualis a pollutione remanet; angustia pectoris et dolor omnium membrorum ut a verberatione, post surgendum et inter corpus movendum evanescens, dum multum muci catarrhalis ejicitur.

11 Somnia libidinosa (etiam vel in somno meridiano) cum liquoris prostatae profluvio; post ex-

pergiscendum partes genitales ad seminis emissionem pronae (post 2 hor.).

Nocte vergente in diem, coma vigilans; (omnem audit strepitum et aliquam simul habet vim cogitandi), post solis ortum in coma somnolentum transiens, in quo nihil audit, nec sentit, praeter dolores vehementes, ut ab itinere longo et ut a contusione omnium juncturarum, qui membra huc vel illuc ponere cogunt, cum borborygmis in abdomine sonoris, identidem flatuum decessu interruptis, et sensu caloris corporis molesto; plurimum simul in dorso decumbit, ore hiante. Experrecto e somno et oculis apertis artuum dolores mox minuuntur; sed cephalalgia similis doloris oritur, post surgendum in capitis dolorem, quasi a gravedine imminente, transiens, sternutatione vero cita ac muci ex una nare excretione rursus evanescens.

Mane expergiscenti e somno, os muco spisso, fere sicco obductum et palpebrae siccae; utrumque vero post sternutationem mucique narium effluxum disparet.

Vesperi post decubitum symptomata febris catarrhalis accedunt; ossium tubi artuum dolent, quasi in medio confracti; simul dolor capitis obtusus, obnubilans; raucus est et pituita tenax pectus (tracheam) obsidet (post 4 hor.).

Post noctem mediam febris: sine horrore sensus caloris in toto corpore molestus, praecipue in manuum volis pedumque plantis, cum sicitate faucium ac sudore faciei, nuchae, etiam corporis totius.

115 Calor corporis totus ingratus, molestus, cum sudore faciei, sine siti (statim).

Languidus est et nimis tamen studiosus negotii sui accurate conficiendi.

Corpus maxme exhaustum, cum sensu caloris et sudore faciei frigidulo; simul agendi studium assiduum, quasi et festinatione junctum; tum dolor trahens in brachio et humeri capite (primis horis).

Inconsiderantia properata, obliviosa; dicit et fecit aliud quid, ac dicere et facere vult, et literas, syllabas, verbaque omittit.

Perpetrare quid tentat, et perpetrat, plane adversus suum propositum, adversus propriam voluntatem.

120 Consilii vacillatio, indeterminatio; praecipitantia (statim).

Distractus est nec animi attentionem in unica re defigere potest (statim).

Uti in semisomnio se versari videtur.

Legenti omnia sunt praelucida in papyro, sensum vero eorum, quae legit, difficile tantum capit.

V a l d e p r o p e n s u s a d i n d i g n a t i o n e m e t s t o m a c h a t i o n e m, atque post irascendum capitis dolor ut a vulnere (statim).

125 In offensionem propensio et inde molestiae, praecipue cephalaea, ut a clavo impresso.

Animus phlegmaticus, segnis: fugit laborem, lassus et somnolentus est (post 5 hor.).

Observata aliorum de effectu magnetis cuti plane impositi.

Fremitus in toto capite (a magnetibus, in femora, crura pectusque plane impositis) (*Joh. Chph. Unzer*, Beschreibung eines mit künstlichen Magneten gemachten medicin. Versuchs. Hamburg 1775, p. 40.).

Caput turbidum et sensus in eo, quasi quis de corpore id detrahere velit (*Unzer*, l. c. p. 23.)

Sensus in capite, quasi caput et totum corpus deorsum prematur *Unzer*, l. c. p. 64).

Ictus in capite et humero dextro cum horrore (*Unzer*, l. c. p. 12.).

5 Pustulae in capillitio (cum phthiriasi) (*Andry* et *Touret*, Beobacht. über den Gebrauch des Magn. Lpzg. 1785. p. 219.).

Multum muci ex oculis, naso, auribusque profluit (*Joh. Daniel Reichel*), Diss. de magnetismo in corpore hum. Lips. 1772.).

Inflammatio palpebrarum, (*Unzer*, l. c. p. 70).

Inter accessus spasmodicos cum mentis alienatione, pupillae non dilatatae (*Unzer*, l. c. p. 140.).

In oculo ardor, lancinatio ac scintillatio (*Unzer*, l. c. p. 20.).

10 Dolor ardenter trahens et scintillae continuae oculi morbo affecti (*Unzer*, l. c. p. 18.).

Scintillae igneae ante oculos, ut a stellis transvolantibus (*Reichel*, l. c.)

Punctus per oculum dextrum sensibiles, in maxilla disparentes, tum tractus per hunc ad collum pertingens, atque pectus, abdomen et coxas pervadens usque ad femur dextrum (*Unzer*, l. c. p. 101.).

Susurrus aurium ac strepitus, ut aqua effervescente (*Unzer*, l. c. p. 23. *Reichel*, l. c.).

Ictus in aure electrici (*Reichel*, l. c.).

15 Tremor menti et colli (*Unzer*, l. c. p. 25.).

Observata aliorum.

Ardor et dolor linguae inter vescendum (*Unzer*, l. c. p. 112).

Tumor colli, rubor faciei et palpitatio cordis major*) (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 235).

Dolor quasi a vinculo ventriculum premente, in utroque latere percipiendus (*Unzer*, l. c. p. 111).

Fluxiones punctibus commistae per ventriculum et intestina (*Unzer*, l. c. p. 105.)

20 Pressio in ventriculo, cum spasmis ad partes superiores tendentibus, inquietudine summa, linguae gravitate, faciei pallore corporisque frigiditate, pulsu admodum parvo, tenso, inaequali*) (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 155).

Crepitatio ac fragor in cordis scrobiculo, quasi horologium rotetur (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 174).

Ardor quasi diruens in ventre, et motus turbulenti, quasi quid tollatur (*Unzer*, l. c. p. 23).

Fluxus haemorrhoidalis (*de Harsu*, Recueil des effets salutaires de l'aimant, Genève 1782. p. 26).

Menses qui ante dies aliquot fluere cessarunt, die sequente, magnete applicito, redierunt et per decem adhuc dies fluxerunt (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 155).

---

25 Accessus tussis vehemens, cum haemoptysi multa (post sex dies,) (*de Harsu*, l. c. p. 27).

Tussis spasmodica, cum succussionibus, respiratione anxia et angustia pectoris conspicua (*Unzer*, l. c. p. 41.)

*) In persona, propius ad magneten accedente, jam antea palpitatione cordis laborante.

**) Quae symptomatum series quoditie hora eadem, sensim sensimque mitius, per decem dies apud tres mulierculas rediit.

Observata aliorum.

Respiratio singultans (*Unzer*, l. c. p. 50).

Punctus in pectore et ardor frigidus, horrore junctus, per totum corpus (*Unzer*, l. c. p, 21).

Ictus in partem sterni superiorem, tussim oculorumque lacrymationem excitans (*Unzer*, l. c. p. 41).

30 Angustia pectoris magna, dolor in ventriculo et intestinis lancinans atque pulsatio in humeris (*Unzer*, l. c. p. 85).

Dolor lancinans inde a latere dextro ad partes corporis internas, succussionibusque ac punctibus commistus, quasi carnis particulae parvae evellantur, vel scintillis micent (*Unzer*, l. c. p. 12).

E medio pectore fluxus quatuor ardentes in utrumque humerum et utrumque latus ad dorsum usque et os sacrum, cum auxietate et sensu, quasi partes dissecentur ac separentur (*Unzer*, l. c. p. 65).

Tractus ardens inde ab humero sinistro per pectus ad latus dextrum, quasi partes disjungantur (*Unzer*, l. c. p. 16).

Tractus ardentes a ventriculo per abdomen ac dorsum, ubi fluxus in osse sacro divisi, ad extremitates inferiores tendunt (*Unzer*, l. c. p. 16.)

35 Ictus sive succussio in osse sacro, respirationem fere intercipiens (*Unzer*, l. c. p. 113).

Pulsatio in humero cum sensatione, quasi dilaceretur (*Unzer*, l. c. p. 37).

Ictus in humeros, quibus brachia protunduntur. (*Unzer*, l. c. p. 21).

Ictus in brachii articulationibus atque in capite, quasi malleolo levi tundantur (*Unzer*, l. c. p. 11).

Dolor trahens in humero utroque et per nucham deorsum, cum pulsatione in brachiis ambobus (*Unzer*, l. c. p. 100).

Raptatio in brachio dextro, dolor quasi diruens

Observata aliorum.

circumcirca in manus, cubiti et humeri articulationibus (*Unzer*, l. c. p. 12.
Dolor in brachiorum musculis, quasi subtiliter dividantur (*Unzer*, l. c. p. 12).
Dolor in brachiis sternoque ardens et secans, cum horrore frigido (*Unzer*, l. c. p. 98).
Ardor in brachio dextro, ut a scintillis igneis (*Unzer*, l. c. p. 16).
Jactatio brachii alterutrius spastica partim seorsum a corpore, partim sursum (*Unzer*, l. c. p. 47).

45 Micatus et pulsatio in omnibus brachiorum digitorumque articulis (*Unzer*, l. c. p. 47).
Dolor alte residens in brachio ad cubitum usque, cum brachii narcosi ac tremore spastico (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 220).
Ardor in cubiti junctura, quasi forcipibus calidis dilaceretur, cum ardore vehemente et scintillatione oculorum (*Unzer*, l. c. p. 105).
Tractio inde a capite ad apicem usque digitorum (*Unzer*, l. c. p. 11.)
Dolor a coxa deorsum ad pedem, quasi partes subtiliter dividantur (*Unzer*, l. c. p. 24).

50 Tractio per coxas ad pedes, ardorem ubivis derelinquens (*Unzer*, l. c. p. 104).
Succussiones pedis dextri vehementes, a tractu ardente inde a mento et collo deorsum per latus dextrum excitatae (*Unzer*, l. c. p. 25).
Ardor ut ab igne, in brachiis pedibusque, ita ut, pede dextro ad sinistrum admoto, hic ab illo incendi videatur (*Unzer*, l. c. p. 38).
Dolor ardenter lancinans cruris sinistri, cum sensu, quasi hic quid repat, intermistus (*Unzer*, l. c. p. 31).
Dolor pungens ut acubus, a genu ad pedes usque decurrens (*Unzer*, l. c. p. 66).

55 Succussiones in genu, pedem spastice extendentes (*Unzer*, l. c. p. 20).

Observata aliorum.

Tractus ardentes a capite deorsum versus latus dextrum, et hinc inde per omnes corporis partes, tum sudor supra totum corpus cum calore temperato (*Unzer*, l. c. p. 11. 31).

Ardor intolerabilis a capite usque ad pedes, cum dolore, quasi membra dividantur ac dilacerentur (*Unzer*, l. c. p. 108).

In omnibus doloribus ardentibus nec calor partium externus, nec rubor animadvertitur (*Unzer*, l. c. p. 136).

Sensus quasi a scintillis igneis in corpore volantibus (*Unzer*, l. c. p. 116).

60 Ploratus de dilaceratione omnium partium (*Unzer*, l. c. p. 32.)

Gravitas in omnibus membris et palpitatio cordis*) (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 152).

Dolor trahens et pungens, mistus pruritu (*Andry* et *Thouret* l. c. p. 219).

Totum corpus horror pervadit (*Unzer*, l. c. p. 14).

Dolor locorum, quibus magnes imponitur, quasi a carbonibus vicinis (*Unzer*, l. c. p. 10).

65 Articulationes tactu dolorificae (*Unzer*, l. c. p. 110).

Formicatio, et sensus quasi in loco (cui magnes est admotus) omnes succi accumulentur (*Andry* et *Thouret* l. c. p. 130).

In loco (in quo magnes est situs) pustulae parvae; vel exanthema maxime pruriens; vel cutis dolorifica atque erosa, circumcirca vero pustulae pure refertae, scabiei instar; vel exanthema rubrum, maculae rubrae; vel ulcuscula profunda ad lentis magnitudinem (*Andry* et *Thouret*: *Unzer* l. c.).

Exanthema rubrum, ut vesiculae serosae, in manuum volis (*Unzer*, l. c. p. 30).

In applicationis loco pruritus exurens, ad sanguinem usque fricare cogens; cutis rubra et circumcirca pustulae parvae, mox disparentes (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 214. 215).

---

*) Cum solidam magnetis applicationem intermiserat.

Observata aliorum.

70 Exanthema late diffusum pustularum, imo variolarum: cum dolore trahente et pungente, — et circum maculae rubrae (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 241. 242. 241).

Exsudatio laticis subrubri e vulnere (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 128).

Loci in quem magnes impositus, stupor narcoticus et insensilitas (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 220).

Succussio, ut corpus superius ad coxas usque violenter sursum et antrorsum flectatur, cum clamore (*Unzer*, l. c. p. 23).

Corporis superioris jacentis erectio, (cum clamore) spastica, uti per succussionem, ita ut caput antrorsum in lectum, et dein perinde violenter retrorsum jactetur (*Unzer*, l. c. p. 28).

75 Succussiones vehementes, quas tremor corporis universalis, ardor in pectore, per brachium utriumque ac sudor universalis sequnntur (*Unzer*, l. c, p. 18.)

Omnes a magnete convulsiones pulsum non mutarunt (*Unzer*, l. c. p. 136).

Pavor cum clamore, tum sudor corporis totius (*Unzer*, l. c. p. 17).

Paralysis decem dierum cum sensibilitate amissa, calore tamen membrorum normali et madore (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 214. 215).

Corpus spastice extollitur antrorsum in lectum, unde diu sui non conscius homo est, tum ore flat, quasi magnum sentiat calorem, denique resipiscit atque alacritas redit (*Unzer*, l. c. p. 32).

80 Conscientia nulla cum oculis horridis sublatis, ore aperto, respiratione fere insensibili, et motu in pectore qui cordis palpitationi similis est, pulsu immutato, naturali (*Unzer*, l. c. p. 101).

Sui non conscius digitos singulos ordinatim movet; conscientia redeunte sudor largus (*Unzer*, l. c. p. 96).

Observata aliorum.

Languor omnium artuum cum lipothymia aliquoties redeunte, brevi durante*) (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 155).
Animi deliquium, in quo molestias sentit, de quibus vero ob loquelae motusque defectum conqueri nequit (*Unzer*, l. c. p. 48).
Insensilitas et coma lethiferum (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 115).
85 Ploratus inter somnum, ut a somnio anxio (*Unzer*, l. c. p. 14).
Somnus suspiriis interruptus (*Unzer*, l. c. p. 25.)
Horror frigidus cum ardore mixtus per totum corpus, maxime sensibilis, (*Unzer*, l. c. p. 18).
Febris quatuordecim dierum (*Andry* et *Thouret* l. c. p. 176).
In loco affecto sensus caloris et formicatio; noctu sudor lenis, praecipue in applicationis regione (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 214. 215. *de Harsu* l. c. p. 27).
90 Sudor largus cum horrore frequente (*Unzer*, l. c. p. 108).
Noctu auxietas magna cum palpitatione cordis admodum forti (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 146).
Ad strepitum facile pavescit (*Andry* et *Thouret*, l. c. p. 169).

---

*) Quae symptomata apud tres mulieres quotidie hora eadem, per decem dies, mitius tamen semper, redierunt.

Polus baculi magnetici arcticus.

Tractio in alterutro hemicranio vertiginosa (post 10 min.). *H.*

Vertigo ut ab ebrietate, (post 5 min.).

Inter eundum sub dio vertigo, ut pede firmo incedere nequeat (p. 26 hor.).

Post scalae ascensionem tractio in capite, inde a medio ad aurem utramque alternatim, uti pendulum horologii. *H.*

5 Conscientia sui non justa; accurate cogitare nequit; videtur ei, quasi quid in cerebrum superne premat oculosque extorqueat; syncopes accessus. *H.*

Sensus ebrietatis cum susurro in capite, inter eundum (p. 4 hor.).

Gravatio capitis cum aëris liberi appetentia. H.

Memoria debilis (post 1 hor.).

Congestio sanguinis ad caput et calor genas percurrens.

10 Per biduum continuum e meridiatione quavis vice cum cephalalgia vehementi expergiscitur, quasi cerebrum conquassatum et obrutum sit, minuitur post expergiscendum, vel evanescit inter surgendum (post 3 et 28 hor.). *H.*

Dolor capitis, e dolore intertriginis et conquassationis compositus in superficie cerebri in sincipite atque in tempore alterutro *H.*

Caput quasi conquassatum et confractum, in hemicranio alterutro (p. semi horam). *H.*

Ictus lateralis in capite, mane in lecto. *H.*

Pone aurem dextram dolor lacerans fere succutiens in capite inter eundum in aëre aperto, sensim antrorsum pertingens (p. quatuor horas).

15 Caput ei pondere quasi deprimi videtur. *H.*

In pluribus cerebri partibus pressio, ut ab aliquo duro. *H.*

In capite sensus compressionis molestus et quasi pars cerebri imprimatur. *H.*

A sono mallei concussio in capite. *H,*

Dolor capitis trahens in latere sinistro (post horam vicesimam septimam et dimid).

20 In tempore dextro dolor trahens et terebrans, cum dolore spasmodico, infra os zygomaticum dextrum.

In tempore dextro pressio, caput occupans, inter eundum sub dio.

Inter eundum cephalalgia premens supra orbitas. *H.*

Dolor capitis, praecipue inter tollendum et movendum oculos *H.*

Sensus in cerebro tensivus infra frontem usque ad nasi radicem. *H.*

25 Mane post surgendum, pluries punctus aliqui in superiori frontis sinistrae parte, usque ad tempus pomeridianum. *H.*

Dolor capitis vehemens per omne tempus pomeridianum, quasi tempora et cerebrum disrumpantur ac distendantur. *H.*

Tensio integumentorum capitis, quasi firmius cranio adhaereant, inde capitis obrutio (per plures horas).

In occipitis junctura dolor extrorsum premens, ut caput semper antrorsum flectat necesse sit.

Pruritus in capillitio mordax (p. horam dimidiam). *H.*

30 Tensio supra faciem. *H.*

Pallor faciei. *H.*

Halitus in oculos frigidus. *H.*

Oculi prominent (post semihoram). *H.*

Obtutus horridus, in una re defixus, inter sessum. *H.*

35 Dolor pungens in oculo sinistro (post nychthemerum). *H.*

Punctus in palpebra superiori ardens, continuus (post 8 min.). *H.*

Vesperi punctus in palpebris sinistris, cum siccitate earum.

In palpebrae superioris margine ampullula, oculum premens. *H.*

Sensibilitas palpebrarum dolorosa inter legendum (p. 12 hor.). *H.*

40 Pruritus in cantho oculi interno et palpebrarum margine (post semi hor.). *H.*

Mane inter expergiscendum in lecto, sensus siccitatis palpebrarum dolorificus (post hor. decimam quartam, vicesimam). *H.*

Oculi lacrymis valde suffusi, mane; intolerantia lucis solaris *H.*

Pupillae valde dilatatae ad lucem parum contrahuntur (statim).

Pupillae coarctantur primis horis. *H.*

45 Punctiones in gena, ut ab innumeris acubus subtilibus, cum sensu caloris, sine notabili per contactum calore (p. 2½ hor.).

Punctus inde a tuba Eustachii ad aurem usque internam (inter pronationem). *H.*

Tinnitus subtilis in aure lateris oppositi (statim). *H.*

Lancinationes aliquae in aure dextra interna, otalgiae species (p. 18 hor.). *H.*

Sibilus et sensus trahens in aure. *H.*

50 Tensio membranae tympani. *H.*

Species surditatis, quasi a membrana ad auriculam dextram, tum calor in ea.

Nodulus in facie prope ad nasum, tactu ut a vulnere dolens; extra tactum punctus aliqui rari, lenti in eo percipiuntur. *H.*

Odoratus hallucinans: cubiculum redolet calcem tectoriam recentem et quasi pulverem. *H.*

Odoratus hallucinans: in cubiculo odor ovorum putridorum; vel quasi cloaca purgetur (post 27 horam).

55 Per tres dies post meridiem epistaxis fortis, quotidie invalescens, quae cephalalgia frontis premente praeceditur. (p. 4 diem). *H.*

Post meridiem (hora quarta) inter eundum sub dio, post emunctionem epistaxis per horae dodrantem (hora vicesima tertia).

Dolor in naribus ut ab intertrigine, adeo sine earum contactu et motu (p. 26 hor.) *H.*

Apex nasi primum ruber et calidus, tum maculae rubrae, calidae, circumscriptae in genis. *H.*

Exanthema pustulosum in pinna narium dextra, cum sensu punctim pruriente.

60 In glandulis submaxillaribus dolor contundens et premens sive forcipans, qualis in tumoribus colli acutis sentitur (p. 4 hor.), *H.*

Dolor tensivus in glandulis submaxillaribus sinistris, anterioribus ((p. 19 hor.).

Dolor in colli musculis lancinans, quasi a nimia lassitudine. *H.*

Crampus in musculis colli dolorificus ab altera aure ad alteram. *H.*

Crampus in uno colli musculo inter oscitandum; tum dolor partis contactae. *H.*

65 In angulo labiorum sinistro, inter os movendum, dolor ut ab intertrigine et quasi ulcus hic nasciturum sit. *H.*

Dolor crepitans et pungens in pustula (quae jam ante adfuit) in oris angulo dextro (statim).

Punctus in labio inferiori lenti, acutissimi et dolorifici. *H.*

Pustulae parvae interne in labio superiori, adversus gingivam. *H.*

Mane inter expergiscendum dolor in maxilla superiori sinistra tensivus (p. 36 hor.).

70 Crampus in maxillae articulatione dolorosus, inter mandibulam movendum, quasi ab eluxatione (p. 36 hor.).

Sub processu mastoideo inter musculum sternocleidomastoideum ramumque maxillae inferioris dolor inde a tempore pressim tensivus.

Odontalgia crampoïdes maxillae inferioris dextrae. *H.*

Odontalgia, quasi dens evellatur, post pastum,

et inter sessum ac decubitum exasperatur, eundo vero lenitur. *H.*

Dentis dolor ad oculum tendens, punctiones dentis cariosi velocissimae obtusae, cum gingiva tumida inflammata et gena rubra, ardente; dolor dentis statim post pastum valde augetur, inter eundum sub dio sedatur, in cubiculo vero exasperatur. *H.*

75 Pulsatio in dente carioso (statim), tum pressio in eo, quasi quid in cavitatem impressum sit, cum dolore tensivo in temporibus. *H.*

Pulsatio in dente, cum ardore gingivae et genis tumidis, rubris, calidis, dolore ardente ac pulsatione affectis, post meridiem. *H.*

Odontalgia cessans inter eundum sub dio, revertens in cubiculo. *H.*

Sensus stuporis et insensilitatis in gingiva dentis' qui doluit. *H.*

Dolor dentis cariosi et dentium primorum tensivus, inter vescendum tantummodo auctus, si calidi quid iis admovet; inter dolorem rubor simul genae. *H.*

80 Odontalgia, quasi ab attritu vel incisione gingivae, aëre os intrante aucta. *H.*

Dolor dentium incisivorum superiorum lateris dextri, quasi quid duri eos premat ac infingere velit.

Dentium dolor inter edendum: omnes dentes, praesertim maxillae superioris, vacillare videntur.

Susurrus dolorosus in dentibus mandibulae cariosis, maxime lateris dextri, inter vescendum dolor dentium silet (p. 3 hor.).

Pruritus in linguae parte anteriori, ad fricandum cogens. *H.*

85 Affluxus salivae in ore (statim). *H.*

Expergiscenti e somno os muco spisso, fere sicco, albo plenum (p. 18 hor.).

Cibi, alias ei jucundissime sapientes, nullius sunt saporis (p. 12 hor.).

A fumo tabaci rasio in faucibus, quasi soda nascitura sit, vel adfuerit, sive sapor amarus in parte linguae posteriori (p. 2 hor.). *H.*

Meridie ob plenitudinem vesci nequit. *H.*

90 Cibi appetentia vesperi. *H.*

Succolata saporis est insipidi, ingrati, ut ab aqua impura affusa. *H.*

Mane sapor acidulus, jejunus. *H.*

Ventriculus in corruptionem acidam propensus. *H.*

Ructus, ut succussio aliquanto dolorosa. *H.*

95 Ructus inanes, crebri. *H.*

Liugua muco valde obducta; lactis fastidium. *H.*

Ventriculus quasi corruptus, ventriculi post pastum gravitas. *H.*

Soda diu continens, rancida, maxime post coenam (post nychthemerum). *H.*

Pressio in abdomine, quasi a lapide, qua noctu expergiscitur. *H.*

100 Dolor in cordis scrobiculo corripiens (post semi horam). *H.*

Sensus in epigastrio atque ventriculo, quasi a sensibilitate ventriculi parietum dolorosa. *H.*

Tractio in cordis scrobiculo usque ad pectus dextrum. *H.*

Dolor in imo ventre trahens p. 4 horam).

In regione umbilicali dolor, auxietatem procreans, tum sensus vomituriens. *H.*

105 Frigiditas in abdomine (statim post magnetis contactum). *H.*

Ictus et succussiones ex abdomine per pectus sursum ad collum (statim). *H.*

Succussiones aliquae ut borborygmi in ventre, quasi quid in eo gradatim decidat (statim). *H.*

Punctus aliqui in abdominis latere atque motus in abdomine, ut ad diarrhoeam (post horam decimam mane sequente). *H.*

Sensus abdominis spastice constricti, externe et interne, mane. *H.*

110 Tormina praesertim epigastrii, statim post pastum (coenam). *H.*

In latere abdominis sinistro, spatii parvi tormina vehementia, continua, ut a flatibus incarceratis. *H.*

Colica flatulenta statim post coenam: omnes abdominis partes vehementer premuntur extrorsum, ad disruptionem usque abdominis; inter immobiliter sedendum minuitur (p. 30 horam). *H.*

Mane statim post experrectionem in lecto, colica flatulenta: flatuum restagnatio in hypochondriis, cum doloribus hinc inde acriter prementibus et tensivis in toto abdomine, inter quietem ac motum, cum nausea fastidiente ex addomine adscendente. *H.*

Tormina abdominis totius continua, forcipatim prementia, ut colica, (sine flatibus tamen sensibilibus) neque quiete et motu, neque esculentis et potulentis assumtis disparens, meditatione enormiter aucta et tunc nausea stipata; summa quiete colica aliquid minuitur, zinci vero contactu plane evanescit.

115 Vesperi et mane pressio hinc inde in intestinis, ut a flatibus, quasi locus contusus prematur, et simul hinc inde in cerebro pressio, ut in locum contusum, flatu decedente tormina et cephalalgia simul disparent; simulac vero et quam diu flatus in imo ventre se movet, dolor quoque iste abdominis et capitis simul advenit, stomachum excitans; flatus maxime foetens.*). *H.*

Flatuum decessus supprimitur, per nychthemerum. *H.*

Nocte hora secunda cum colica vehementissima expergiscitur: pressio indesinens, intolerabilis, dura in cordis scrobiculo et hypochondriis, altius semper iu pectus adscendens acerbiorque

---

*) Polus antarcticus, in usum vocatus, inquietudinem in abdomine dolorosam et cephalaeam intra horae spatium tollit.

evadens, usque ad colli scrobiculum, ubi respirationem supprimere minatur; species colicae pectoralis.*) *H.*

Glocitatio in imo ventre, quasi a flatibus multis incarceratis, tormina excitans contorquentia, ad cordis usque scrobiculum adcendentia et ructus progignentia (post horas duas et horae dodrantem).

Tormina et murmur in abdomine, flatuum decessu disparentia (p. 25 hor.).

120 Inter eundum sub dio punctus secantes validi in medio abdomine, sursus directi (p. horam 3 et dimidiam).

Punctus in regione lumbali dextra, atque in gremio sinistro extrorsum in spina ilei superiori (statim).

Mane dolor in abdomine trahens, fere dysentericus, tum dejectio alvi dificillis et admodum crassa (post nychthemerum). *H.*

Cum excretione alvina bis per diem sanguis excernitur (post diem quartam). *H.*

Sedes dura, crassa, rara et difficilis (post aliquot dies). *H.*

125 Dolor in recto acriter premens (p. sesqui hor.). *H.*

Dolor in recto forcipatim pungens. *H.*

Post noctem mediam, inter somnum dolor in recto (non in ano) premens, plurium horarum, inter plenam experrectionem disparens. *H.*

In inguine sinistro, in regione annuli abdominalis, dolor secans cum debilitatis sensu in eo loco *H.*

Relaxatio annuli abdominalis in dies aucta, her-

---

*) Manuum volae, voluntate forti, sed leniter pectori toti impositae (species Mesmerismi in semet ipso adhibiti) cito auxilium tulerunt; spasmus sedatus est, et flatus magnus, facile decedens, quietem restituit ac somnum.

nia nascitura est, maxime inter tussim (post 48 horas). *H.*

Dolor in annulo abdominali, ut a vulnere, praesertim inter eundum (p. 8. hor.). *H.*

Dolor supra annulum abdominalem sinistrum terebrans foras, quasi hernia oritura sit, inter sessum.

Lotium opacum. *H.*

Primis horis urinae excretio diminuta, post nychthemerum valde adaucta. *H.*

Urinae profluvium valde copiosum, ultra diem (p. 6 hor.) *H.*

135 Micturitio crebra (p. 18 hor.).

Post mictum dolor continuus, mordax in margine praeputii. *H.*

Dolor pruritim mordax intra praeputium, cogens ad fricandum, nocte in lecto. *H.*

Pollutio nocturna sine penis tentigine, e qua anxie expergiscitur. *H.*

Rigiditas penis effrena, cum nisu effrenato in coitum seminisque emissionem, mane.

140 Relaxatio partium genitalium, et appetentia veneris diminuta (p. 36 hor.).

Dolor strangulans, valde trahens et secans in testiculis. *H.*

Superimponenti femora punctus in testiculo sinistro (post horam decimam octavam et dimidiam).

Desiderium veneris modicum, domitum (post 64 hor.).

* * *

Altera naris gravedine obturata est, sed ex altera mucus tenuis stillat.

145 Mane effluxus citus muci fluidi e naribus. *H.*

Accessus sternutationis et coryzae (post 2 hor.) *H.*

Sternutatio et coryza, naribus obturatis (post 38 horas).

Gravedo admodum vehemens, nares obturatae et difficilis inde respiratio (p. 20 hor.).

Noctu obturatio naris sinistrae completa, dextra patula, siccissima, ut in gravedine; post surgendum e lecto nares aperiuntur, siccitate earum remanente.

150 Spiritum spasmodice (interrupte, ex imo pectore) trahat necesse est, quasi e necessitate, spiritnm hauriendi quam plurimum, respirationem ipsi praecludat, cum sudore universali (statim). *H.*

Tussis momentanea vehemens, ter quaterve repetens. *H.*

Tussis inter eundum sub dio sensim acerbior, spiritum intercipiens, fere ad suffocationem usque. *H.*

Pectoris angustia repentina, cum anxietate. *H.*

Asthma inter scalae ascensionem.

155 Dolor arctatim constringens per transversum pectus respirationem tremulam, auxiam, praecipue inspirationem adducens (dum brachiis proclinatus e fenestra prospicit) (post 3 horam ac dimidiam).

Anxietas nauseabunda circa pectus (p. 6 minut.)

Calor per fauces pectus internum intrare ei videtur, inter motum sub dio.

Sensatio in faucibus atque trachea, qualis a risu valido remanet i. e. sensatio, quae impulsum ad risum excitat, et salivam in ore allicit. *H.*

Pruritus in mammarum papillis (p. 1 hor.). *H.*

160 Cordis pulsationes aliquae validae. *H.*

Punctus in corde exurentes; et primum in dorsi musculis, tum in pectoris latere, et denique in pectoris dextri parte anteriori. *H.*

Pressio in regione cordis (statim). *H.*

Plures punctus acuti in cordis regione, in latere musculorum pectoris sinistro inter brachium movendum. *H.*

Punctus in latere pectoris sinistro (p. 4 hor.). *H.*

165 Vesperi in lecto, aute somnum capiendum, tussis crebra, sicca. *H.*

Fumus tabaci tussim excitat. *H.*

Somnum capturo oritur tussis spasmodica concutiens, quemvis conatum obdormiscendi impediens. *H.*

Media nocte tussis spasmodica suffocans; tussis irritatio in ramulis bronchiorum subtilissimis ac remotissimis haeret, ubi tussis nequidquam abradere potest, et quidquid pituitae tussi ejicitur, in loco excernitur altiori, sine titillationis tussiferae levamine, quae sedem fixit in regione profundiori, quare tussis valde aggravans et concutiens; caput ipsum concutitur et totum corpus calore perfunditur, quem diaphores sequitur ad mane usque universalis, tussi remittente.

Vesperi in lecto statim posi decubitum, irritatio indesinens (haud titillans) ad tussim brevem et siccam, tussis ulterioris irritationem non extinguentem, ut in aliis tussis speciebus; sola tussis suppressione vel voluntate firma ac forti, hoc irritamen tussiferum continuum tollitur. *H.*

170 Crepitatio seu fragor in vertebris colli, praesertim Atlante, inter motum (p. 3 hor.). *H.*

In media spina dorsi, inter reflectendum, dolor ut a contusione (p. 36 hor.) *H.*

Punctus interrupti in latere dorsi dextro (p. hor. vicesimam sextam et dimidiam).

Dolores dorsi continui inter standum, eundum et sedendum, quasi a longa pronationc (p. 28 hor. et dimidiam).

Ante meridiem usque ad mediam noctem (hora quarta) dolor in articulatione humeri sinistra, ut a verberatione, inter motum et quietem, sed tactu indolorifica (p. 3 hor.). *H.*

175 Tremor brachii si manu quid contrectat *H.*

Brachium quasi narcosi et crampo occupatum. *H.*

Brachium sinistrum multo gravius dextro. *H.*

Brachium superius admodum grave. *H.*

Gravitas extremitatum superiorum, quasi plumbum venis insit (statim).

180 Dolor formicatim pungens in brachio ad humerum usque, maxime in ossium tubis antibrachii.

Supra cubitum pruritus, e punctione mordaci compositus, fricatu haud imminutus, ut a culicis morsu; post fricatum ardor. *H.*

Aliquoties vulsiones brachii superioris morbo affecti; (brachium et pes quasi mortui ei videntur.) *H.*

In cubiti articulatione sensus rigiditatis. *H.*

In cubiti articulatione fragor inter motum audiendus (statim). *H.*

185 Sensus in brachii articulatione suavis, quasi post lassitudinem magnam quiescat. *H.*

Sensus in brachio et manu quasi a narcosi (statim).

Vesperi pressio in osse antibrachiali sinistro, qualis post ictum percipitur.

Manus et pedis dextri articulationes rigent ac stupent, noctu in lecto. *H,*

Sensus in manu ut a narcosi.

190 Tremor manus admotae pedisque lateris alterius. *H.*

Tremor manus sinistrae et rigiditas digiti indicis (p. 9 min.).

Inter eundum sub dio punctus per musculos volae manus sinistrae se diffundentis (p. 2 hor.).

Pruritus dolorosus et fere ardens in dorso phalangis digiti minimi mediae, quasi pars frigore fuerit laesa; tactu locus dolet (post 4 hor.). *H,*

Punctiones in loco affecto frequentes, ut ab acu, nec non in quovis digitorum apice, maxime vesperi post decubitum. *H.*

195 Dolor in digitis trahens sursum versus, cum formicatione (statim), et statim post animus demissior. *H.*

Dolor in digitorum articulis, quasi retro flectantur. *H.*

Susurrus et vibratus primum digiti aliquid tangentis, tum brachii totius cum quadam in eo gravitate. *H.*

Narcosis digitorum.

Vulsiones in pollice, cui magnes admotus, quasi a pulsus micatu.

200 Gravitas magna et frigus glaciale digiti tangentis.

Dolor in coxarum juncturis, ut a contusione, pronatione exasperatus. *H.*

Dolor pressim lancinans in genu latere externo versus inferiora usque ad malleolum pedis externum (post 4 hor.).

Languor et summa lassitudo artuum inferiorum, inter eundum.

Punctus in anteriori musculorum femoris dextri parte ad inferiora (p. 27 hor.).

205 Dolor, ut a verberatione, supra genu inter sessum.

Punctus in tendinibus femoris sinistri versus fossam poplitis (post 19 hor.).

Adstrictio in poplitis tendinibus, post sessum inter surgendum, quasi curti nimis sint (post trihorium).

Adstrictio surae dolorosa inter eundum. *H.*

Punctus in sura ardentes, ad modum pulsuum. *H.*

210 Languor crurum magnus (post nychthemerum). *H.*

Narcosis cruris sinistri post sessum, inter surgendum et maxime inter standum (post trihorium). *H.*

Pes inter eundum quasi narcosi affectus (p. quadr. horae). *H.*

Susurrus cruris sinistri indolorificus, cum sensu gravitatis, ut a narcosi (post 4 hor.).

215 Dolor in tibiis premens inter standum.

Dolor in digitorum pedis dorso, quasi ab attritu inter eundum. *H.*

14*

Punctus in halluce lancinans. *H.*
Pressio dolorosa ut a vulnere, in clavis hucdum indolorosis, si pedes ad minimum arctantur. *H.*
Dolor in uno pedis digito, ut a clavo. *H.*

220 Punctus in calcaneo validus. *H.*
Dolor calcis, ut a vulnere (p. semi horam). *H.*
(Inter sessum) Punctus subiti, lancinantes in calcibus, halluce et sura.
Pruritus reptans, ut a musca seu pulice, in sensationem quasi ab excoriatione desinens, primum in parte artuum interna, tum externa, vesperi in lecto et mane post expergiscendum. *H.*
Reptatio dolorifica in digitis pedis dextri (post 26 horas).

225 In toto corpore pruritus in cute pungens, fricatu aliquo evanescens, sed alio in loco emergens (post horam quartam ac horae dodrantem).
Punctus continui, diruentes, acutiores evadentes ac dolorosiores, quo altius penetrant, in variis partibus. *H.*
Punctus lenti, continui, admodum dolorosi in variis partibus, ex. c. in dorso vel in lateribus digitorum manus pedisque. *H.*
Succussiones et ictus pungentes in membro aliquid contrectante (statim). *H.*
Sensatio tremula, vibrans. *H.*

230 Sensatio, ut a sanguinis in locum tangentem congestione, quasi sanguis hic erupturus sit (post quadran. horae). *H.*
In partibus vicinis vibratio; vibratio et pulsatio (post semi horam); sensus tensivus; dolor, ut a verberatione et quasi onus grave gestaverit; formicatio ut a narcosi; sensus tremulus per totum corpus, maxime in pedibus (post horam dimidiam); tremor partis tangentis (statim). *H.*
Manus contrectans, mox frigidior evadit; sensus frigiditatis loci contacti (p. semi horam). *H.*
Sensus caloris in partibus vicinis. *H.*

In lichene (qui jam adest) dolor ardens, die tota; sive dolor ut ab excoriatione, fere laceratim ardens. *H.*

235 Tractio in periosteo omnium ossium, ut in accessu febris intermittentis (sine tamen frigore vel calore) (post bihorium). *H.*

Tractio cita, hinc inde percurrens, et ictus punctibus fere similes, in latere linguae dextro, in collo et supra pedem. *H.*

Gravitas in singulis membris (cum sensu roboris aucti in iisdem) (post nychthemerum). *H.*

Sensus siccitatis intensionisque in corpore. *H.*

Valde languidus est, inter eundum sub dio requiescat necesse est; melancholicus est animoque demisso. *H.*

240 Languor, sensus conquassationis et dolores in membris exacerbantur sub dio. *H.*

Mane languor universalis cum sudore anxio, meridie anorexia; decumbendum ei est; tum diarrhoea (p. 48 hor.). *H.*

Mane languidus, ut ab aëris aestuosi et fervidi influxu, ita ut vix se trahere possit. *H.*

Languor magnus inter scalae ascensionem.

Oscitatio immodica, spastica, cum dolore in maxillae articulatione sinistra, quasi eluxari velit, sine dormituritione. *H.*

245 Stupor somnolentus, pluries ac subito ei est, quasi quid oculos claudat, et ipsum somnus corripiat suavis; sensatio cui resistere nequit, et quae ipsum cito conscientia privare vult. *H.*

Vesperi somno occupatur profundo, omnia membra paralytica quasi et contusa sunt. *H.*

Die semper somnolentus, somnus per diem. *H.*

Somnus admodum profundus, arctus, praecipue versus tempus matutinum; mane edormire satis nequit. *H.*

Nocte inter somnum, in dorso decumbit. *H.*

250 Cantat vesperi inter somnum, unde expergiscitur, et perperam hoc esse, reminiscitur; rur-

sus obdormiscit, cantare iterum incipit, et denuo de hoc expergiscitur. *H.*

Per totam noctem somnia libidinosa (p. 8 hor.). *H.*

Nocte media somnia quasi ex alto praeceps feratur, unde perterritus toto corpore contremiscit. *H.*

Somnium (nocte media) de caede ac trucidatione, unde ploratum edere et lamentari incipit. *H.*

Visio personae in somnio, quam revera die sequente vigilans prima vice conspicit. *H.*

255 Somnia historica, admodum vivida, sine vero affectibus; vel plena ideis haud ingratis, valde vividis, inter se non cohaerentibus; evigilans nec ullius eorum reminiscitur. *H.*

Noctu, somnus comatosus; mane in dorso decumbit, homines deformes ac monstra somnians etc.

Noctu, in somnio occupatus rebus literariis.

Noctu, somnus somniis taediosis, quorum recordari nequit, interruptus.

Saepius expergiscitur e somno, ut a terrore (post 34 hor.). *H.*

260 Mane hora secunda semiexperrectus m u l t u m s u i c o n s c i u s e s t, c u m i d e a r u m u b e r t a t e m a g n a a c m e m o r i a v i v i d a; c o g i t a t r e m a l i q u a m g r a v e m i n o p t i m a f o r m a in lingua peregrina, ante ab ipso non exercitata, f e r e u t i n s o m n a m b u l i s m o z o o m a g n e t i c o; p l e n e v e r o e x p e r r e c t u s c o g i t a t i r e c o r d a r i l u c u l e n t e r n e q u i t. (p. 26 hor.). *H.*

Vesperi statim post obdormiendum, subito expergiscitur cum succussione in musculis capitis et colli vehemente quasi caput trudatur supine. *H.*

Expergiscitur nocte media de pressione vehemente supra abdomen transversum, proxime supra umbilicum, nec motu, nec quiete, nec ullo situ mutato sedata. *H.*

Vesperi in lecto, dolor in pharynge vehemens,

qualis est post deglutitionem frusti nimis magni, decumbendo in latere sinistro disparens. *H.*

Expergiscitur noctu cum multo corporis totius caloris molesto. et identidem detegat se atque denudet necesse est; cum ore sicco, sine siti. *H.*

265 Somnus inquietus: semivigil in lecto jactatur, lectus ei nimis calidus videtur (p. 48 hor.). *H.*

Sudor nocturnus, multum odoris exhalans sine calore. *H.*

Noctu expergiscitur, multum calet atque bibendo copiam aquae frigidae magis adhuc incaluit (p. 16 hor.) *H.*

Horror creber, noctu in lecto, et succussiones in brachiis, ita ut jactentur. *H.*

Mane frigus cum oscitatione. *H.*

270 Sensus frigiditatis vel sensus refrigerationis supra totum corpus, quasi a nimis levibus indumentis vel refrigerio, sine tamen horrore; statim sedes parva, mollis, tenesmo insequente (p.semihor.).

Momento contactus poli arctici cum linguae apice horror universalis. *H.*

Frigiditas manuum. *H.*

In digiti contrectantis apice sensus frigiditatis et simul sudor guttatim proveniens in digitis hujus manus ejusque dorso. (statim). *H.*

Sudor gelidus universalis, maxime in manuum volis (p. semihor.).

275 Versus tempus matutinum sudor graveolens, lenis, universalis. *H.*

Sudor nocturnus, circa horam secundam post noctem mediam, universalis, etiam faciei (maxime pectoris, solo capillitio excepto (nec in ea capillitii parte, in qua decumbit), solo in tempore; inter expergiscendum sudor sine ulla siti disparet. *H.*

Vesperi sanguis ad caput et calor in faciem adscendit, cum frigore extremitatum inferiorum, maxime pedum (p. 4 horae).

Calor in gena alterutra, et sensus caloris inter-

ni, facilis irritatio, loquacitas (post horam dimidiam). *H.*
Sensus caloris in pedibus. *H.*

280 Pulsu celeri, forti, sensus caloris in toto corpore, sine caloré externo, imo manibus frigigidis, quae ei calidae videntur, sine siti (post trihorium). *H.*
Febris: post meridiem calor saepe volaticus capitis solius, cum facie rubra. calida (per duo tantum, vel tria minuta); cum tractione aliqua in capite. *H.*
Febris: post meridiem circa horam tertiam, semper primum macula parva, exurens in pede, per unum minutum, repente disparens, cujus loco perinde subito calor capitis cum genae rubore et faciei sudore oritur aliquot minuta durans. *H.*
Febris: post meridiem circa horam quartam horror universalis, per horae quadrantem (diebus quatuor elapsis). *H.*
Febris: horror in dorso frequens aliquot minutorum, tum calor brevitatis ejusdem, a dorso supra caput se diffundens, venis manuum turgidis, sine sudore. *H.*

285 Calor humidus, totum corpus percurrens (statim). *H.*
Vesperi rubor, totam faciem percurrens, sine siti (p. 28 hor.)
Color corporis totius summus, praeprimis dorsi ac frontis, sine sudore et siti (post 2 horam at quadr. horae).
Calor, totum corpus occupans, inprimis abdomen et faciem, ita ut sudor in facie erumpat (p. 8 min.).
Sensus caloris in toto capite, facie calida, tamen non rubra cum siti (post horam quintam et dimidiam).

290 Calor et rubor genae dextrae cito oboriens, sinistra frigida percipienda (p. 26 hor.).

Vesperi aestus per totum corpus, inprimis supra dorsum inferiora versus; cum auxietate et mobilitate.

Lassus et minime hilaris (post nychthemerum). *H.*

Lacrymabundus et fronte corrugata simul cum frigore (post 1 hor.). *H.*

Vesperi valde moestus; lacrymas involuntarie fundit, tum oculi dolent. *H.*

295 Difficultatem ei quasi parit (vesperi), consilii cujusdam perficiendi initium facere, et diu haeret, antequam hoc indegrediatur; tum vero velociter id conficit. *H.*

Animus et phantasia iners; interdum est, quasi imaginationis vi careat. *H.*

Est ei inter sedendum, quasi omnem sese movendi vim perdiderit sellaeque firmiter affixus sit; inter motum vero videt, se bene moveri posse. *H.*

Animus anxius, demissus, trepidus, inconsolabilis, sibi ipsi opprobrans. *H.*

Nocte circa horam tertiam somnus discedit et angor incipit, curae sui anxiae, quasi morbo laboret periculoso tristis est, quodvis verbum ipsi loquendum, grave ei est. *H.*

300 Solicitudo anxia, cura nimia, scrupulosissima. *H.*

Ex irritatione offensio; non vult inter laborem turbari, nec quidquam tamen ad finem perducitur. *H.*

S o l i l o q u i u m i u n e g o t i i s c l a r a v o c e. *H.*

Scriptio praepostera (p. semihor.). *H.*

Laborare multum vult, nec sibi satisfacit; omnia ipsi tardius succedunt. *H.*

305 Animi tristis ac hilaris vicissitudines. *H.*

Animus hilaris, laetus, et sensus roboris magni, cum animo tristi, abjecto et debilitate alternans.

Exterritus quasi et formidulosus (statim). *H.*

Trepidatio, animi objectio, solicitudo anxia. *H.*
Praeceps, audax, firmus, festinans. *H.*

310 Animus quietissimus, inturbatus, curarum expers. *H.*
Quietus, tamen non cordatus. *H.*
Animus audax ut a vino poto.

Observata medicorum veteris disciplinae.

Vulsiones et tractiones palpebrarum, et lacrymarum effusio (*Christoph Weber*, Wirkungen eines Magneten,*) Hannover 1767).

Pruritus et punctus in palpebris (*Weber*, l. c.

Palpeprae mane valde congluti natae (*Weber*, l. c.).

Lemae in cantho oculi externo (*Weber*, l. c.).

5 Punctiones in oculi cantho genaque sinistra (*Weber*, l. c.).

Sensus, ut ab arenulis in oculo (*Weber*, l. c.).

Ardor, rubor et lacrymatio oculorum amborum (*Weber*, l. c.).

Frigiditas oculi debilis, quasi frustulum glaciei, loco oculi, in orbita jaceat; frigiditate disparente, in oculo punctio diu continens, ut ab acu. (*Weber*, l. c.).

Primum frigiditas, tum calor oculi (*Weber*, l. c.).

10 Motus oculi turbulentus (*Weber* l. c.).

Sensus, ut ab aranea ante oculos (*Weber*, l. c.).

Lucis splendor in oculo, quasi a stella velociter cadente (*Weber*, l. c.).

Reptatio ut a formicis, inter oculum utrumque (*Weber*, l. c.).

(A magnete ad oculum admoto) supra oculum, in gena, auricula usque ad maxillam superiorem tractio valida (*Weber*, l. c.).

15 Dolor sensibilis stringens in facie, ad maxillas usque pertingens (*Weber*, l. c.)

(A magnete, auri internae admoto) crepitatio et stridor, calor et susurrus in ea, ut ab aqua ebulliente (*Weber*, l. c.).

---

*) Qui in oculo invalido, dextro admotus est.

(A magnete, auri admoto) calor in ea atque pulsatio acuta (*Weber*, l. c.).

Affluxus salivae copiosus (*Weber*, l. c.).

Destillatio acris, dolorem in nare ardentem excitans (*Weber*, l. c.).

20 Effluxus e nare utraque aquosus (*Weber*, l. c.).

Somnolentia magna; ei oscitandum est (*Weber*, l. c.).

Rubor faciei igneus, pectoris augustia; pulsus fortior (*de Harsu*, Recueil des effets salutairs de l'aimant, à Genève 1782).

Polus baculi magnetici antarcticus.

Gravatio capitis. *H.*

Infirmitas ac instabilitas mentis: ideae juste non comprehenduntur, objecta tantum semiobservata sensibns obversantur, atque judicia et sententiae vacillant; quod peculiarem animi statum anxium et inquietum progignit.*) *H.*

Phantasia hebes, memoria bona.

Caput vertiginosum, ut ab ebrietate, gressus vacillans; et inter sessum aliqua vertigo. *H.*

5 Congestio sanguinis ad caput, sine calore. *H.*

Formicatio quasi subtiliter diruens in cerebro, simul cum gravitate capitis. *H.*

In summo capite, in vertice, formicatio, quasi hic quid currat, et dolor non nihil lancinans. *H.*

Ictus in tempore utroque. *H.*

In latere frontis dextro, dolor e lancinatione et ictu compositus (p. 4 hor.).

10 Supra tempus ictus nonnulli, dolore lancinante stipati. *H.*

Dolor lancinans in spatio parco temporis sinistri. *H.*

Dolor cerebri sinistri tractim lancinans, punctui lento et ardenti similis (post trihorium). *H.*

In summo capite, vel in utroque tempore pressio (dolor vividus vehemens), ut in gravedine, inter sessum corpore erecto exasperata, inter caput quassandum et meditationem maxime exasperata, inter eundum sedata, inter pronandum vero et reflectendum magis sedata et fere plane evanescens (inter 1 hor.).

Pressio hinc inde in occipite. *H.*

15 Dolor in occipite, maxime adauctus in cubiculo, disparens vero in aëre aperto (horis primis).

---

*) Quam mentis alienationem zinci metalllci contactus tollit.

In media fronte formicatio, punctibus mixta, vesperi (p. 8 hor.). *H.*

Dolor transiens, obtuse pungens in latere frontis sinistro (p. 20 hor.). *H.*

Dolor transiens, obtuse pungens in latere frontis sinistro; punctio continua, cum pressione conjuncta (post bihorium) (polo arctico tollitur). *H.*

Cephalalgia per totum cerebrum, doloris simplicis et tensivi, inter eundum in aëre aperto assurgens et in cubiculo mox disparens. *H.*

20 Cephalalgia: dolor lancinans pone auriculam sinistram.

Noctu inter decumbendum, pulsatio in latere capitis dextro, pulsus instar. *H.*

Vulsiones in capite. *H.*

Dolor capitis spastice constringens inter supercilia. *H.*

Externe in capillitio locus, ut a contusione dolens, tactu adhuc sensibilior. *H.*

25 Cutis frontalis quasi exsiccata.

Cutis circa oculos ut a vulnere dolet.

Punctus lentus, ardens in palpebrae margine (post bihorium). *H.*

Oculi identidem aqua suffusi. *H.*

Siccitas dolorosa palpebrarum et canthi oculi externi, ut ab excoriatione, et quasi pilus in oculo haereat, praecipue inter movendum palpebras, maxime vesperi et mane. *H.*

30 Tumor glandulae Meibomianae in margine palpebrae sinistrae in ferioris (mane), quasi hordeolum nasciturum sit, dolore tantum premente. *H.*

Mordacitas in canthis oculorum internis (mane) (p. 46 hor.). *H.*

In oculo sinistro pressio et punctio obtusa. *H.*

In oculo sinistro punctiunculae, ut ab acubus (post 4 hor.). *H.*

Constrictio oculi alterutrius spasmodica, mane. *H.*

35 Primo obnubilatio quasi a syncope instante cum proclivitate ad sedendum; objecta quasi velata — tum objecta multo luculentiora et lucidiora — (quam in statu normali); simul cum animi ecstasi.

Oculi vividi.

Pupillae primum faciliores dilatatu, atque difficiliores contractu.

Calor in facie volaticus.

Facies (et corpus reliquum) in cubiculo adspirationem sentit frigidam qualis est ab aëre refrigerante.

40 Tractio fere indolorifica post auriculam, sursum tendens in caput, fere continua (p. 40 hor.). *H.*

Dolores lancinantes in cartilaginibus auriculae externis et internis adusque fere cavitates auris internas. *H.*

Aurium sussurus, quasi ab ala stridente avis. *H.*

Mane sonitus in aure, ad frontem usque praecipiendus, quasi a vento. *H.*

Auris tinnitus (post 1 hor). *H.*

45 Inderdum punctus in aure atque tinnitus.

In aure succussio dolorosa et eam quasi disruptura: otalgiae species.

Sensatio, quasi a vento frigido auriculas adspirante.

Sensatio, quasi ab halitu in auricula externa calido.

Punctus in gena. *H.*

50 In nucha pustulae parvae, pruritim ardentes. *H.*

In latere colli dextro infra auriculam, papulae duae dolentes.

Exanthema in mento, tactu dolorificum.

Sub mento cutis dolorosa, ut ab excoriatione.

Dolor dentium, potione calida exasperatus. *H.*

55 Dolor dentium cariosorum obtusus cum punctibus sensibilibus (p. 1 hor.).

Vulsiones lancinantes in maxilla superiori, ad oculum pertingentes, vesperi (p. 12 hor.). *H.*

Punctus singuli in margine linguae sinistro (post 5 hor.). *H.*

Sensus ut ab excoriatione, in faucibus inter et extra deglutitionem (p. 5 hor.). *H.*

Mane ore puro, halitus ex ore gravis, putridus; neque tamen ipse odorem vel saporem pravum sentit. *H.*

60 A r d o r i n f a u c i b u s, oppressio quaedam adscendens, cum sensu caloris. *H.*

Sensus rasionis scalpentis in faucibus, cum sensu siccitatis in ore, sine siti.

Appetitus diminutus, sine nausea vel sapore alieno, (post nychthemerum). *H.*

Indifferentia erga esculenta, potulenta fumumque tabaci, quae bono sunt sapore, sed ea non appetit, jam in antecessum iis satiatus (post 12, 24 hor.). *H.*

Adiaphoria et paene abhorrescentia a lacte, mane (p. 18 hor.). *H.*

65 Mane quamquam hilariter experrectus est, tamen nec esculenta, nec coffea ipsi sapiunt, potius amariuscula. *H.*

Sapor escarum non ingratus, sed imminutus. *H.*

Salivae aqueae copiosae ex ore inter pronationem effluxus.

Saliva insipida, aquea, copiosa, quam raro exspuit (tribus elapsis diebus).

Sapor partim metallice dulcis, partim metallice acidulus modo i n, modo s u b lingua, cum sensu frigiditatis, quasi a nitro.

70 Sapor inter vescendum esculentis calidis evanescens, post pastum revertens (spatio trium dierum praeterlapso.).

Sapor vini albi austerus; et uno haustu sumto, aversatio ejus vehemens.

Fames canina, in media frigoris febrilis frigiditate, meridie ac vesperi. *H.*

Fames nulla (statim).

Abhorret a cibis.

75 Vomituritio mane post expergiscendum (post horam tricesimam sextam), et mox post prandium. *H.*

Nausea in ventriculo, inter pronationem. *H.*

Ructus inanes (p. 3 diem.).

Post prandium motus in imo ventre cum rugitu, tum flatuum decessus.

Ventriculi dolor, quasi locus contusus prematur; qui dolor post pastum sensim in intestina transit (p. 18 hor.). *H.*

80 Dolor quidam premens, vehemens in cordis scrobiculo, a continua mentis intentione (post 6 horas). *H.*

Species doloris corripientis, proxime supra umbilicum. *H.*

Borborygmi ingrati, sonori in abdomine, circa vesperam (p. 8 hor.). *H.*

Mane in lecto, colica flatulenta (p. 30 hor.). *H.*

Tormina forcipantia. (p. 2 dies). *H.*

85 Flatuum restagnatio sub costis brevibus; colica flatulenta in hypochondriis, vesperi (p. 4. hor.). *H.*

Post coenam colica; in omnibus intestinorum partibus hinc inde pressiones acres; colica aucta inter motum ad intolerantiam usque et cito evanescens sine flatuum decessu inter quietem (p. 4 hor.). *H.*

Colica flatuosa nocte: flatus ex uno loco in alium dolorose transilire videntur, quod sensum crepantem, ingratum, sive pressionem extrorsum versus in multis locis simul, ut a vulnere dolentem, vellicantem, nec somnum admittentem, excitat; flatus breves, interrupti identidem difficulter abeuntes, nullum afferunt levamen. *H.*

Colica flatulenta mane post surgendum: flatus ad diaphragma adscendunt, et dolores pungentes admodum sensibiles excitant (p. 16 hor.). *H.*

Dolor in latere abdominis dextro trahens, ut vix incedere possit. *H.*

90 Tormina lacerantia, eundo excitata, sedendo sedata, maxime in epigastrio (mane) (p. 29 horas). *H.*

Vesperi, ante somnum capiendum, abdomen inflatum cum doloribus colicis (p. 2 dies). *H.*

Plenitudo abdominis inter asthma. *H.*

Decessus flatuum copiosus (post horam quartam), maxime vesperi statim ante somnum capiendum (p. 8 dies). *H.*

Punctus aliquot in latere abdominis sinistro. *H.*

95 Punctio continua in abdomine versus intestinum coecum, decumbendo tantum in latere opposito evanescens. (p. 8 hor.). *H.*

Sensus dilatationis annuli abdominalis sinistri, quasi hernia nascitura sit; a quavis tussi expansiol oci dolorosa (p. 1 hor.). *H.*

Primum dolores in abdomine discindentes cum frigore, diarrhoea (p. 5 hor.). *H.*

Duabus post diebus alvus bis mollis. *H.*

Alvus tenuis excernitur sub sensatione fallaci flatus abeuntis (p. 25 hor.). *H.*

100 Coarctatio atque constrictio recti et ani continua, ut minimus flatus vix prodire possit. *H.*

Fibrae mucosae excrementis solidis commistae. *H.*

Pruritus varicis haemorrhoidalis in ano (post 6 horas). *H.*

Inter eundum formicatio pruriens externe in ano. *H.*

In regione renis dextri punctus aliquot magni (statim). *H.*

105 Punctio in symphysi ossium pubis. *H.*

Relaxatio sphincteris vesicae, incontinentia urinae, stillicidium urinae involuntarium, vel inter mictum voluntarium vis vesicae urinam emittendi imminuta. *H.*

Excretio urinae copiosa, nocte et circa tempus matutinum (p. 10, 14 horas). *H.*

Inter mingendum dolor in anteriori urethrae parte mordax, quasi ab acri vel acida urina (post bihorium). *H.*

Tractio in funiculo spermatico. *H.*

110 Mane, testiculo pendente, dolor funiculi spermatici, quasi nimis adstringatur vel expandatur; etiam tactu dolorificus est (p. 4 hor). *H.*

In funiculo spermatico vulsiones. *H.*

In funiculo spermatico tractio dolorosa, lenta, subtilis. *H.*

Dolor in funiculo spermatico lacerans. *H.*

Spasmodica testiculorum retractio noctu. *H.*

115 Succussiones in testiculis tumentibus lancinantes et strangulantes (post 6 hor.). *H.*

Merus scroti pruritus. *H.*

Dolor in pene, quasi plures fibrae carneae lacerentur vel distrahantur. *H.*

Erythema, ut pustula, in glandis corona atque in praeputio interno, sine sensatione. *H.*

Glandula rubra et inflammata, cum pruritu ac tensione. *H.*

120 Calor partium genitalium auctus, noctu. *H.*

Inde ab umbilico usque ad partes pudendas sensus caloris gratus.

Formicatio ac titillatio in glandula; semen, homine inscio, excerni videtur. *H.*

Noctu pollutio (in hemiplegico), quae ex annis non adfuit (p. 48 hor.) *). *H.*

Per duas noctes pollutiones multum in somno loquentis. *H.*

125 Intra primas duas dies magna partium genitalium irritatio ad semen emittendum, maxime post somnum meridianum; post plures dies impetus veneris refrenatus. *H.*

Impotentia: coitus cum sensatione naturali et erectione; sed summo momento instante, sensatio libidinosa subito evanescit, semen non

---

*) Paralysis inde major, membra morbo tentata quasi mortua ei videntur.

emittitur; et membrum pendet et flaccescit (p. 36 hor.). *H.*

Menstruatio, quae tempus jam constitutum duravit, per sex adhuc dies continuatur, et inter motum solum, non inter quietem, simul cum doloribus in abdomine secantibus, si quid sanguinis excernitur.*) *H.*

Menses, nuperrime expectandi, jam intra quatuor horas post contactum poli antarctici apparuerunt, serosi vero et calore admodum pallide rubro. *H.*

Calor et ardor in pudendis muliebribus cum multis punctiunculis (post trihorium). *H.*

* * *

135 Mane sternutatio. *H.*

Coryza valida. *H.*

Coryza et tussis cum expectoratione pituitae viridis et respiratione brevi. *H.*

Accessus plures tussis foetidae, noctu inter somnum, plenam experrectionem non adducentes. *H.*

Tussicula sicca (p. 5 hor.).

135 Respiratio angusta, in costis inferioribus transversis percipienda. *H.*

Respiratio alta, quasi gemebunda, et deglutitio simul involuntaria (uti alias inter gemitum) (statim). *H.*

Asthma in cordis scrobiculo. *H.*

Angustia pectoris, quasi respiratio tremat, et quasi spiritum, pectus intrantem, refrigerantem, sentiat (satim). *H.*

In utroque simul sterni latere dolor a pressione et tractione compositus, cum angore, nullam

---

*) Polum antarcticum tenuit, baculum vero medium simul tetigit. Polus antarcticus sanguinis fluxus, et praesertim eos ex utero, vi primaria ciere, ergo homoeopathice sanare, polus arcticus contrarium facere videtur.

ipsi quietem concedente, quasi injusti quid perpetravit. *H.*

140 Cordis palpitatio (statim). *H.*

Punctus in pectore dextro acer, respirationem praecludens. *H.*

Pressio in pectore sinistro nauseabunda. *H.*

Dolor in pectore premens, post meridiem et vesperi. *H.*

In pectore sinistro pressio obtusa inter quietem ac motum. *H.*

145 Pressio pectoris in parte sterni inferiori, cum anxietate et cogitatione impedita. (statim).

Dolor pruritim pungens in ambabus simul mammarum papillis (post nychthemerarum). *H.*

Reptatio in musculis pectoris sinistris. *H.*

In scapula punctus aliquot veloces. *H.*

Calor inde a colli vertebris per totam columnam vertebralem dorsalem inferiora versus (post semihor.). *H.*

150 Horror inde a nucha per dorsum inferiora versus.

Vellicatio in musculis dorsi. *H.*

Dolor exedens et mordax in dorso. H.

Dolor premens et simul ardens in osse sacro ((p. 6 hor.) ad noctem, inter quietem et motum. H.

Punctus in osse sacro obtusi. H.

155 Dolor, ut a luxatione, in symphysi sacro lumbali, tum dolor in eo loco, ut a verberatione. H.

Supra os sacrum et inter lumborum vertebras dolor lancinans et pungens vehemens, inter pronationem respirationem intercipiens.

Post surgendum a sessu quasi rigiditas ossis sacri, coxarum et genuum. H.

Nocte in lecto, dolor intolerabilis, ut a contusione, in musculo brachii bicipite, in quo non decumbit, inprimis sursum id ac retrorsum

tollendo, statim evanescens decumbendo in latere dolorifico. (p. 32, 36 hor.). H.

Reptatio in brachio sinistro deorsum, concussionum parvarum instar. H.

160 Glocitatio sursum ac deorsum in venis brachiorum amborum, alternatim per plures horas. H.

Glocitatio velox in brachio sinistro ad inferiora. H.

Vulsiones in brachiis celeres, dolorosae, versus inferiora, H.

Dolor in brachiis, quasi a sanguine in venis stagnante, modo in hoc, modo in illo loco.

Pruritus pungens in brachio (non in juncturis), vesperi ante et post decubitum; in lecto ei fricandum est. *H.*

165 Vulsiones in brachio qui morbo jam affectus est (statim). *H.*

In brachio sensus plenitudinis et inflationis, et quasi arteriae in eo pulsent. *H.*

Rigiditas dolorosa in cubiti articulatione brachii contrectantis (p. 8 min.). *H.*

Frigiditas brachii tangentis (p. plures hor.). *H.*

170 Dolor paralytice trahens mane, primum in brachio sinistro inter hoc tollendum, dein in osse sacro inter pronandum, tum in coxa sinistra et in musculis femoris crurisque sinistri inter genu extendendum (p. 16 hor.). *H.*

Vesperi languor brachii dextri magnus. *H.*

Sensus gravitatis seu nimii laboris in antibrachio. *H.*

Brachium sinistrum multo gravius dextro, majori opus est vi ad id tollendum; cum formicatione in digitorum apicibus.

Sensus in brachio, quasi narcosi occupatum sit.

175 Tractio dolorosa retroversum in digitis ad manum. *H.*

Tractio in digitorum articulis. *H.*

Vulsiones digitorum tangentium (post 4 min.). *H.*

Dolor in pollicis articulo inferiori, ut a distortione (p. 3 hor.). *H.*

Succussio vulsoria in digito indice sinistro. *H.*

180 Digiti apex (attingens) stupidus quasi atque insensilis. *H.*

Formicatio in digitorum apicibus. *H.*

Sensus narcosis in manu, venis tumentibus, pulsu celeriori (statim).

Sensus in manu, quasi ab halitu frigido.

Sensus frigiditatis in manibus, tactu calidis.

185 Sensus caloris et vulsiones pulsationesque digiti contrectantis. H.

In pollicis apice pulsatio (statim). H.

In unguium radice dolor, quasi suppuratione pessum ire velint, pulsatim pungens. H.

Dolor paralyticus et ut a contusione in coxarum juncturis, si decumbit in latere doloroso (post 32. 36 hor.). H.

Narcosis femoris et cruris (mane) inter sessum, haud facile disparens inter surgendum (post 16 horas). H.

190 Dolor pressim trahens in musculis femoris, maxime inter motum. H.

Vesperi dolor paralytice trahens inde a mediis femoribus deorsum usque ad pedes. H.

Pruritus pungens in femore, vesperi, etiam in lecto, ubi ei fricandum est. H.

Vulsiones pungentes in musculis femoris juxta perinaeum. H.

Dolor in musculis femoris inter scalae ascensionem. H.

195 Sensus frigiditatis in femore dextro. H.

In tendine poplitis externo dolor trahens. H.

In poplitum tendinibus vulsiones vehementes, ut alte clamitet, cum dolore in iis, quasi a verberatione; crurum curva contractio, maxime inter motum. H.

Inter eundum punctio in genu. H.

Dolor pressim lancinans in patellis

et genubus (maxime inter motus), statim post prandium, tactu adauctus (post trihorium). H.

200 Genua relaxata inter eundum (p. 20 hor.). H.

Fragor articulationis genu inter motum (post 1 horam). H.

Dolor valde trahens in poplitum tendinibus, interdum cum vulsionibus surarum dolorificis. H.

Dolores crampoidei inde ab articulatioue pedum sinistra supra genua usque, extensione parum levati. H.

Post eundum, inter sedendum, pulsatio in pedum musculis (p. 5 hor.). H.

205 Dolor trahens sive pressim lancinans in tibiis, in articulatione pedum utraque et in malleolis pedum (p. 5 hor.). H.

Dolor pressim trahens in suris. H.

Die, crampus surae atque hallucis. H.

Vulsiones surarum intolerabilles, simul cum dolore trahente in poplitum tendinibus. H.

Pedes inter sessum dolent; pulsat ubique in iis. H.

210 Primo dolor pungens infra pedum malleolos, tum trahens in poplitum tendinibus et vulsorius in suris. H.

Facilis distortio pedis juncturae inter titubandum (p. 20 hor.). H.

Inter pedem reflectendum crampus plantae pedis (post nychthemerum). H.

Dolores pungentes in plantis pedum, maxime inter motum. H.

Pruritus in dorsis digitorum pedum et in lateribus pedum (vesperi) quasi sint frigore laesa (p. 12 hor.). H.

215 Dolor ut ab excoriatione in latere unguis hallucis interno in carne, quasi unguis e latere in carnem increverit, jam a tactu parvo valde sensibilis (p. 8 hor.). H.

Calceus premit dorsa et latera digitorum pedis unguemque hallucis inter eundum, ut a clavis (p. 18 hor.). H.

Tractio retroversum in digitis pedum tribus mediis, tantum inter eundum (in aëre aperto). *H.*
Sensus narcosis in pede pedisque digitis (post quadrant. hor.).
Pruritus exedens vesperi in lecto, in dorso aliisque partibus. *H.*

220 Lancinatio pruritim pungens modo hic, modo illic, vesperi in lecto. *H.*
Merus pruritus hinc inde, vesperi in lecto et inter expergiscendum, fricatu facile disparens. *H.*
Vesperi in lecto pruritus hinc inde (et in natibus) et post lenem fricatum dolor ut ab excoratione (q. 5 hor.). *H.*
Anxii quidquam iu membris (statim). *H.*
Vellicatio in diversis partibus corporis externis, post meridiem (statim). *H.*

225 Coelo vel leniter frigido, nasus, auriculae manus ac pedes frigore adstringuntur; in cubiculo calido tum incalescunt, cum formicatione pruriente (et pungente) (p. 4 hor.). *H.*
Dolor artuum aliquis, quasi a crescendo. *H.*
Dolores singuli vulsorii, statim disparentes. *H.*
Sensus vulsorius in toto corpore, quasi a cursitatione, cum anxietate tremula. *H.*
Dolores pungentes et ardentes hinc inde in corpore, maxime in digitorum apicibus. *H.*

230 Dolor omnium membrorum ut a contusione, ita ut, in quo loco decumbat, lapidibus incumbere ipsi videatur. *H.*
Mane in lecto et inter surgendum dolor omnium articulationum ut a contusione, adeo in pelvis juncturis, cum sensu debilitatis in utroque annulo abdominali, quasi ab hernia nascitura (p. 18 hor.). *H.*
Cito mobilitas musculorum magna omniumque motuum velocitas, animo quieto. *H.*
Levitas corporis totius (p. 4 hor.). *H.*
Pedes admodum languidi inter scalae ascensionem (post 6 dies.).

235 Inter eundum sub dio crura quasi contusa, somnus ipsum subito corripit, ut festinanter sit ipsi assidendum. *H.*

Media in ambulatione languor, tum major adhuc inter sessum. *H.*

Inertia et gravitas corporis totius, cum anxietatis sensu, quasi apoplexia ipsi immineat, et quasi casurus sit; cum sensu caloris faciei corporisque totius, horrore intermisti (post semi horam). *H.*

Rigiditas omnium articulationum (p. quadrantem horae.). *H.*

Fragor omnium juncturarum (p. 3 dies).

240 Languor tremor et inquietudo in membris.

In nullo latere commode decumbere potest, nec ullo in loco, nescit quam ob rem. *H.*

Quum expergiscit, in dorso decumbit, manu sinistra pone occiput porrecta. *H.*

Mane in lecto capite demisso decumbere nequit (quamquam alias solet), ob magnam sanguinis ad cerebrum congestionem, quin calorem in capite percipiat (p. 27 hor.). *H.*

Oscitatio crebra (cum levi frigore) (post semi horam). *H.*

245 Vesperi in lecto oculi languidi, conniventes; nec tamen somnum capere potest. *H.*

Nocte ob inquietudinem non dormivit, mane paululum tantum (p. 12 hor.). *H.*

Alacritas insomnis ante mediam noctem (post 12 horas). *H.*

Mane prima luce valde pronus in somnum, quem tamen capere nequit. *H.*

Dormituritio.

250 Mane alacris, sed si oculos claudit, dormire concupiscit.

Jactatio crebra et experrectio e somno, nocte in lecto (p. 30 hor.). *H.*

Clara voce inter somnum crebro loquitur; veniunt multa somnia confusa (post 8 hor.). *H.*

Terror in somnio et inde experrectio. *H.*

Somnia de incendio. *H.*

255 Somnium, quasi equus brachium ei mordeat calcetqne pedibus pectus; inter expergiscendum dolor etiam pectoris externus. *H.*

Somnia de rixis et fustigationibus. *H.*

Somnia argumenti diu continuati, cum cogitationis vi intenta. *H.*

Exspiratio lenta, sonora inter somnum, ante noctem mediam (p. 5 hor.). *H.*

Inspiratio lenta, sonora, post noctem mediam (p. 12 hor.). *H.*

260 In somno post meridiem concussio brachiorum manuumque cita, *H.*

Palpitatio prope cor insolita, non quasi cor ipsum palpitet. *H.*

Palpitatio cordis valida, cum calore in cordis regione magno. *H.*

Sensus in periosteo artuum molestus, ut in accessu febris intermittentis (p. 5 hor.). *H.*

In refrigerium propensio magna. *H.*

265 Post meridiem horror lenis, frequens, universalis; inter eundum sub dio, caligo oculorum, et inter standum concussio et jactatio musculorum artuum, qui immoti nequeunt teneri, per plura minuta, sine frigoris sensu, calore capitis et faciei inter sessum subsequente, *H.*

Horror universalis (statim). *H.*

Horror levis in cubiculo, per totum diem, praecipue post somnum vespertinum (post nychthemerum). *H.*

Frigus crurum usque ad genua, cum calore ad caput adscendente et sanguinis versus caput congestione. *H.*

Horror concutiens cum sensu frigiditatis, per horas duas, sine siti et frigiditate vera; tum calor magnus (etiam inter eundum in aëre aperto) cum siti ac sudore frontis et pectoris, maxime in cordis scrobiculo (statim). *H.*

270 Frigus post meridiem, maxime brachiorum (post 3 horas). *H.*

Sensus frigiditatis in brachio sinistro, quasi a glacie imposita; in genubns; in scapula sinistra; in brachio utroque latereque sinistro (statim). *H.*

Frigus, cum siccitate oris et siti (statim), dein cephalalgia: pulsatio in latere alterutro, tum dolor in media fronte extrorsum premens et frigescentia in aëre libero magna (p. semihoram). *H.*

Inter frigus pruritus multus in dorso, et sonitus aurium, quasi a flabellando. *H.*

Vesperi sensus frigiditatis (sine horrore) universalis, sine siti (excipe frigoris principium) et sine frigiditate vera; simul valde taediosus, cuncta ipsi molesta sunt, adeo ciborum assumtio; tum (post 2 hor.) calor et sudor universalis, sine siti. *H.*

275 Frigiditas interna partis morbo affectae. *H.*

Manus sinistra multo frigidior ei videtur, est vero calore normali et propemodum calidior, quam alias (statim). *H.*

Inter frigus vel frigiditatis sensationem calor cutis normalis, necessitas tamen decumbendi ac sese probe stragulis contegendi, cum siccitate oris magna et siti ingenti; post aliquot horas sudor universalis vehemens, sine sensu caloris, potius partes sudantes sub lecto horrent, quasi cutis anserina eas percurrat; simul sonitus aurium, ut a flabellando. *H.*

Horis aliquot post sensum frigiditatis calor internus, siccus, inter ambulandum (post 7 hor.). *H.*

In femoribus major frigiditas et frigiditatis sensatio, simul cum calore partium genitalium. *H.*

280 Mane frigiditas pedum.

Sensus frigiditatis in pedibus, paulo post dolor in iis.

Sensus, quasi caput usque ad pectus aqua gelida perfundatur (statim).

Calor internus major, sine siti. *H.*

Post pastum calor faciei. *H.*

285 Sensus caloris in loco contacto. *H.*

Manus calidae post noctem mediam in lecto. *H.*

Calor universalis, maxime in dorso (post 6 horas). *H.*

Calor ingratus, insolitus, cum morositate (intra primas triginta sex horas).

Temporibus diversis, calor ab una corporis parte ad aliem percurrens ex. c. a femore supra tibiam deorsum versus.

290 Inter decumbendum vesperi in lecto, ebullitio sanguinis, quasi saliat in venis.

Per duas dies continuas mane sudor inter somnum. *H.*

Noctu sudor universalis. *H.*

Sitis per dies duas, sine calore. *H.*

Valde abhorret ab aëre libero; etiamsi aër frigidus non sit, per ossium medullam penetrat; simul animus in lacrymabundam indignationem pronus (p. 12 hor.). *H.*

295 Post eundum in aëre aperto rixosus, morosus (p. 20 hor.). *H.*

Post somnum circa vesperam, maxime taediosus ac morosus (post nychthemerum). *H.*

Valde propensus in terrorem, si tangitur. *H.*

Tristis, animo demisso, quasi solus sit vel acerbi quid expertus sit, per tres horas (statim). *H.*

Lacrymarum effusio (statim). *H.*

300 Trepidatio (intra primas horas). *H.*

Animus luctuosus, semet ipso non contentus. *H.*

Fuga laboris et in stomachandum propensio. *H.*

Magna phantasiae velocitas. *H.*

Quietus est, loqui eum taedet (p. 2 dies).

306 Abhorret ab hominum societate, solitudinis amans.

Fugit homines, qui sunt fronte serena (triduo elapso).

Ira vehemens e levi causa; praeceps ac tremens, verba effundens acerba.

Ferox, praeceps, asper, vehemens in dictis et factis (ipso inscio); contendit cum vehementia aliosque conviciis onerat, cum lineamentis faciei deformibus.

Observata medicorum veteri addictorum disciplinae.

(A magnete, oculo debili admoto) (pauca brevisque in oculo frigiditas, sed) pruritus palpebrarum magnus (*Christoph Weber*; Wirkungen des künstlichen Magnets, Hannover 1767).

In oculo pulsatio et pruritus (*Weber*, l. c.).

Visus vitium: objecta turbida videntur, tum quoque duplicia (a polo antarctico ad nucham applicito (*de Harsu*, Recueil des effets salutaires de l' aimant, à Genève 1782, p. 133).

Calor, cum difficultate loquendi, in loquelae organis; sensus tumoris linguae (*de Harsu*, l. c. p. 133).

5 Angustia pectoris suffocatoria, respiratio difficilis, linguae tumor (*de Harsu*, l. c. p. 134).

Pulsus parvus, vix percipiendus (*de Harsu*, l. c. p. 133).

Pulsatilla (*Anemone pratensis* L.).

(Herbae totius viridis recentisque succus expressus spiritus vini paribus commistus partibus).

Haec herba validissima in sano hominis corpore multa profert symptomata (ut hoc ex indice satis pleno videri licet), quae morborum vitae communis symptomatibus crebro respondent, quare saepe ea in homoeopathica sanandi ratione, nec raro eventu prospero, potest adhiberi; itaque, nemine certe repugnante, medicamentis saluberrimis (polychrestis) est adnumeranda.

Ut in acutis, ita in chronicis quoque morbis ea est usui, quippe cuius, parvis ipsis dosibus datis, decem, imo duodecim per dies permanet efficacitas.

Symptomatum, quae ostendit, proprietates in notis proposui, quapropter eas hoc loco repetere non opus est.

Experientiae, quarum hic exstat eventus, cum valde modicis et exiguis dosibus semper fere a me sint factae, symptomata notata sine ulla fere exceptione ad primi ordinis vires etiam sunt referenda.

Maximus, quum ex omnibus aliis, tum praesertim ex illo medicamine secundum legem curationis homoeopathicae capitur fructus, ubi non corporis solum symptomata, quae exhibet, similibus corporis symptomatibus, quae morbo sunt propria, congruunt, verum etiam mentis atque animi mutationihus, a medicina oriundis, in sanando morbo, vel tamen in hominis sanandi natura similes obviae fiunt.

Multo ergo salubriorem anemone pratensis se praebebit, ubi in malis, quibus quoad corporis symptomata apta est, pavidus simul et ad lacrymationem, aegritudinem internam atque offensionem proclivis, certe mitis et obsequiosus aegroto inest animus, praesertim si, quum bona frueretur valetudine, benigno et leni (quinimo levi vel benigne lascivo) erat animo. Inprimis igitur hoc medicamentum naturae tardiori et scgniori, minime vero hominibus promto consilio atque mobilitate alacriori praeditis, etiamsi benigno animo esse videntur, accomodatum.

Optime juvat, ubi frigescentia morbi signis intermista est, nec non adipsia.

Feminis praecipue prodest, si menstruum diebus aliquot post iustum tempus apparere solet, nec minus, si aegrotus vesperi, priusquam somnum capere potest, in lecto diu cubare coactus est, atque si pessime vespertino tempore se habet. Etiam malis, quae a suilla carne nimis ingesta proficiscuntur, congruit.

Si quando nimis magna anemonis pratensis dosis data, vel inepte ea esset adhibita, atque adversa inde produxisset symptomata, haec pro diversa ipsorum natura, partim chamomilla (praesertim ubi somnolentia, languor et sensuum deminutio eminent), partim ignatia, partim nucis vomicae seminibus tollen-

tur. Febris, ad lacrimas propensio ac dolores, ab anemonis pratensis usu profecti, tinctura coffeae crudae simul cum symptomatibus omnibus subsequis velocissime exstinguntur.

Dosis homoeopathica, quae homini robustissimo, chronico morbo laboranti, propinatur, raro ad totius tincturae guttae magnitudinem pervenit; in acutis vero malis et ubi magna aegroto inest imbecillitas, secundum morbi statum, ad minimam usque guttulae partem dilutionis quatrillionariae delabitur.

Groſs.

Pulsatilla.

Symptomata.

Vertigo, quasi ab ebrietate. *) *H.*

Vertigo, ut si quis diu iu gyrum vertitur, una cum nausea vomituriente. **).

Vertigo cum sensu corripiente, quasi a congestione sanguinis ad caput. *H.*

Vertigo titubans, quasi ab ebrietate, cum calore capitis interno et pallore faciei, naturaliter calidae, maxime vesperi. *H.*

5 Post pastum ebrietatis sensus. *H.*

Vertigo, maxime inter sessum. *H.*

Vertigo mane inter surgendum e lecto, decumbere cogens. *H.*

Vertigo inter ambulationem in aëre libero, sessu evanida. ***) *H.*

Vertigo, non, nisi inter sessum, cum stupiditate et dormituritione quadam. *H.*

---

*) 1. 4. conf. 88. 866.

**) Hoc et omnia, quae signo H, carent, symptomata adjecta sunt, a viris, auctoris operis hujus disciplina usis, Fr. H—n, C. G. Hornburg, C. Michler, E. F. Rueckert, E. Stapf. Nota interpretis.

***) Symptoma viribus pulsatillae alternantibus tribuendum, serius semper atque rarius occurrens, quam status illi oppositus, ex quo phaenomena aëre libro levantur vel evanescunt, sessu vero et quiete recrudescunt, quod e symptomate 9. partim elucet.

10 Vertigo, consistere recte — capessere rem posse, non putat (p. 1 hor.). *H.*

Vertiginis species, (ab oculorum erectione,) quasi casurus esset, vel quasi saltaret. *). *H.*

Vertigo, quasi prolapsurus esset, inter pronationem, ut ab ebrietate, cum nausea vomituriente sub sequa (p. 3 hor.). *H.*

Inter pronationem, quasi a capitis gravitate nimia, sensus, tanquam erigere sese non posset. *H.*

Vertigo quasi a capitis gravitate, inter eundum et pronationem, cum sensu gyratorio, vel inter decubitum perceptibili. *H.*

15 Inter pronationem sensus in capite, quasi prolapsurus esset homo. *H.*

Vesperi titubatio in gressu, quasi a vertigine, sine vertigine (p. 3 hor.). **). *H.*

Titubatio ad latus casuri.

Caput turbidum et vertigo, motu excitata. *H.*

Caput sustentare nequit, decumbere cogitur, nec tamen in lecto manere potest ***). *H.*

20 Capitis dolor, dum decumbit, in hemicranio lateris, in quo non decumbitur (p. 18 hor.) †). *H.*

C a p i t i s   g r a v i t a s ††). *H.*

Gravitas capitis cum lucis candelae intolerantia †††). *H.*

Capitis turbatio et in fronte dolor, quasi a diffractione. *H.*

---

*) Conf. 51.

**) Conf. 622.

***) Symptomatis alternantis tertii species, symptomatum, quae sessu et quae motu efficiuntur, intermedii.

†) Conf. 725. 847.

††) Conf. 80. 563. 809.

†††) Lucis haec impatientia-oculorum hyperasthesia, conf. 83. 84. 85. cum scotomia, e pulsatillae usu pariter redundante, alternare solet. Conf. 76. 77. 78. 79. 80.

Capitis dolor, frontem et tempora quasi disrupturus, mane in lecto. *H.*

25 Cephalaea, ad declinationem capitis in latus invitans. *H.*

Capitis dolor inter motum oculorum, in fundo orbitae, quasi excidere frons vellet, vel quasi os frontis nimis tenue esset, cum capitis turbatione, vesperi (p. 48 hor.) *). *H.*

Hemicrania disruptoria, quasi oculi e capite casuri essent. H.

Stupiditas cum oculorum dolore. H.

Quasi a stupiditate et gravitate in capite sensus. H.

30 Turbatio capitis et quasi a contusione dolor in fronte. H.

Fatuitas capitis, quasi a memoria lapsa. (post 2 horas). H.

Turbidum caput et sensus vacui in eo. H.

Ut ab ebrietate hesterna et agrypnia, gravatio et dolor capitis (p. 12 hor.) **). H.

Cogitationes evanidae. H.

35 Quidquid cogitatione complexus est, ex animo amandare nequit. H.

Capitis dolor obnubilans, dum cubiculum calidum intrat. H.

Dolor formicans capitis in fronte (post 1 hor.) ***) H.

Glocitatio in capite noctu; arteriarum pulsus plane audit. H.

Cephalalgia, quasi a cerebri arteriarum pulsatione (p. 6 hor.). H.

40 Capitis dolor pulsans circa mediam noctem. H.

Capitis dolor inter pronationem et animi attentio-

---

*) 26- 27. conf. o. 173. 612. 697.

**) Conf. 725- 847.

***) Conf. 447.

nem pulsans in fronte, eundo evanidus, vesperi. H.

Capitis dolor pulsans et premens, pressione externa deminutus (p. semi hor.)*). H.

Dolor capitis premens in pronatione. H.

In occipite dolor premens, cum calore corporis crebro et diaphoresi continua. H.

45 Lacerans dolor in occipitis parte sinistra mane (p. 60 hor.). H.

Post decubitum dormituri capitis dolor lacerans in latere, in quo non decumbitur. **). H.

Capitis dolor in occipite tensivus supra nucham mane (p. 60 hor.) ***). H.

Cephalaea inter evigilationem et aliquanto post; in cerebro quasi a dilaceratione sensus, ut in febre putrida vel post crapulam a spiritu frumenti (p. 16 hor.). H.

Oculo uno lacrimante dolor capitis tensivus. H.

50 Inter remulcendos capillos in capillitio doloris tensivi species. H.

Cephalalgia tensiva in fronte supra orbitas, oculorum erectione aucta †). *H.*

Capitis dolor, quasi a compressione cerebri, cum terebratione in vertice. *H.*

Supra oculos capitis dolor, quasi forcipe comprimens, qui augetur, dum oculos in rem aliquam figit. *H.*

Ictus acuti singuli in hemicranio dextro (post 1 hor.) *H.*

55 Quasi ab ictibus dolor lacerans in temporibus ambobus, tanquam in eo essent, ut divellerentur. *H.*

---

*) Pressione hujusmodi externa alia etiam pulsatillae symptomata deminui solent; conf. 646. 647.

**) Conf. 20.

***) Conf. 49. 80.

†) Conf. 26.

Dolor pungens in occipite, decubitu exasperatus, erectione trunci evanidus. *H.*

Capitis dolor pungens per totum cerebrum, post prandium ad decubitum vesperi usque, intermistis syncopes accessibus cum horrore (post 16 horas). *H.*

Hemicrania pungens. *H.*

Punctus in temporibus. *H.*

60 Capitis dolor pungens per frontem, vesperi. *H.*

Dolor capitis, quasi a gravedine, vespertinus; tum calor in lecto siccus. et coma somnolentum cum phantasiis delirantibus, seu somniis vigilibus *). *H.*

Dolor capitis, quasi a nimia ingluvie vel quasi a ventriculo carne nimis pingui ingurgitata corrupto **). *H.*

In temporibus, quasi a constrictione, cephalaea.

Capitis dolor pulsatorius ad pulsus modulationem in occipite.

65 Susurrus in capite. *H.*

Susurrus in capite idemque auctus in auribus, vesperi ante tempus justnm decumbere cogens.

Sensus, quasi a vento cerebrum permicante, dolorificus identidem (p. 40 hor.) *). *H.*

Crepitus cerebri inter eundum et ad pulsum arteriarum modulatus. *H.*

In capillitio, occipitis regione, pustula magna, pure referta, doloris tenuiter lacerantis.

70 Pupillam contrahit initio, dilatat postremo. *H.*

Pupilla dilatata.

Oculi tumidi et sensus, qnasi strabo esset. *H.*

Visus duplex (p. horas plures). *H.*

Visus obtenebratio cum vomituritione et pallore. †). *H.*

---

*) Conf. 795. 801. 884.

**) Conf. 265—270.

***) Conf. 125.

†) 74, 75. 76. 77. 78. 79. 80. conf. c. 867. (r).

75 Visus obtenebratio vertiginosa post sessum inter eundum, (p. nychthemerum). *H.*

Visus obtenebratio, nebulae instar, post sessum inter surgendum et eundum (post nychthemerum). *H.*

Mane a lecto surgentïs visus obtenebratio *H.*

Visus obnubilatio brevis. *H.*

Visus obnubilatio per aliquot dies repetens. *H.*

80 Visus et auditus abolitus, cum dolore capitis tensivo et gravitatis et formicationis sensu in cerebro, tumque frigus *). *H.*

Visus, quasi a nebula, obtenebratio.

Visus obnubilatus.

Ante oculos circuli ignei in visu, magis magisque dilatati, circa meridiem (ad vesperam evanidi). *H.*

Candelae flamma nimbo stipata videtur, stellae instar. *H.*

85 Oculus alteruter candelae lucem tolerare non potest, pungente dolore affectus, fere sine inflammatione albugineae, oculis conniventibus (p. 3 horae). *H.*

Cephalaea ad oculos usque tendens, ut doleant, vesperi. *H.*

In albuginea prope corneam macula rubra (inflammata) (p. 30 hor.). *H.*

Palpebrae iuferioris margo inflammatus et tumidus ac mane lacrima ex oculo effunditur. *H.*

Hordeolum cum inflammatione albugineae modo unius, modo alterius canthi oculorum, et dolor tensivus in eo a motu musculorum faciei— naribus exulceratis (p. 12 hor.). **). *H.*

90 Palpebrarum siccitas (p. 12 hor.). *H.*

Siccitas palpebrarum superiorum, maxime inter dormituritionem. (p. sequihor.). *H.*

---

*) Conf. 563. etiam 21. 22. et 37. pariter atque 47. 49.

*) Conf. 148. 149. 458. 459.

Occuli dextri siccitas et sensus quasi muco adhaerente, digitis detergendo, obfuscaretur, vesperi, (p. nychthemerum *). *H.*

Occulorum siccitas et sensus matutinus, quasi a corpore alieno premente, (p. hor. multas). *H.*

In cantho interiori oculi dolor premens. *H.*

95 Premens et ardens dolor in oculis, maxime mane et vesperi. H.

In oculis dolor premens, quasi a calore. H.

Premens et quasi ab attritu dolor in oculo, ut a capillulo illapso. H.

Inter legendum in oculo, quasi ab arenula, pressio; dum legere desinit, evanida, lectione iterata recrudescens. H.

Vesperi post solis occasum in canthis oculorum internis pruritus. (p. 28 hor.). H.

100 In cantho oculi interno pruritus, quasi ab ulcere sanescente, post fricatum dolor pressorius et pungens. H.

In oculis ardor et pruritus, fricare cogens. H.

In oculis punctus pruriens, ad fricatum invitans (p. nychthemerum). H.

Pruritus in oculis. H.

Pruritus bulbi in cantho oculi externo vesperi, purulenta conglutinatio mane. (p. 8 hor.). H.

105 Oculi canthus internus mane quasi pure conglutinatus **) H.

Palpebrae mane conglutinatae. H.

Pruritus et ardor in palpebris, vespere. H.

---

*) Mane etiam post evigilationem et pomeridiano tempore post meridiationem inter pulsatillae usum haud raro visus quaedam oritur obtenebratio, quasi quid corneae adhaereat, quod visum impediat, in uno oculo magis, minus in altero, et detergeri posse videtur, sed ante non evanescit, quam hoc symptoma pro natura sua sponte cessat.

**) Conf. 108 et 147.

In cantho oculi interno mordax et quasi a vulnete dolor (p. 8 hor.). H.

Oculi in aëre libero, frigido, aqua suffusi. *). H.

110 In aëre libero oculorum obtenebratio cum lacrimis. H.

A venti afflatu oculi aquei (p. 12 hor.). H.

Lippitudo H.

In palpebris vibratio. H.

In capillitio pruritus mordax (post 9 horas). **). H.

115 Tumores parvi in calotta dolorosi, quasi ab apostemate. H.

In genarum musculis palpitatio. H.

Faciei alterius lateris horror ***) H.

Faciei pallor. H.

Tensionis sensus iu facie et digitis (maxime inter capessendum perceptibilis); quasi ab oedemate nascituro. H.

120 Faciei et capillitii sudor.

Sensibilitas, quasi a vulnere, dolorosa labiorum ac faciei cutis, inter tactum. H.

Congestio sanguinis ad organum auditus (post 8 hor.). H.

Murmur in aure, modulatione pulsuum †). H.

Murmur in aure cerebrum. H.

125 Sussurus in aure, quasi a vento vel ab aqua cadente, post horam quartam pomeridianam (post 10 hor.). H.

Tinnitus aurium oscillans, quasi a pulsatione baculi ferrei. (p. 3 hor.). H.

---

*) 109 110. 111. Haec symptomata oculorum aqueorum alternare solent cum symptomatibus 90—93.

**) 114. 115. conf. c. 69.

***) Symptomata in alterutro tantum corporis latere efficere, haud raro pulsatillae est. Conf. 703. 716. 862. 863. 369. 889. 890. 861. — Similem Rhus, Belladonna et Cocculi semina prae se ferunt proprietatem.

†) 123. 124. 124. conf. c. 65.

Aurium tinnitus (a quarta ad horam octavam). H.

Cantus in aure, mane in lecto, cicadarum more (p. 50 hor.). H.

Tinnitus acutus in aure dextra, deinde in sinistra, cum sensu grato titillante circa membranam tympani.

130 Aurium susurrus (p. 7. 8 hor.) per biduum continuus, evanidus concussione quadam subita, ictus electrici instar a capite supra pectus penetrante, cum sensu, quasi a vesica saponaria, dirupta in visu.

Aures obturatae, tremor, sudor dorsi: paroxysmi unius horae cum hora a symptomatibus libera alternantes (post 3 hor.) *). H.

In aure, quasi ab obturatione, sensus cum susurro, ut tumultu longinquo (post 12 hor.).

In aure dextra pruritus creber, post meridiem et vesperi (p. 20 hor.). H.

Dolor pungens et pruriens in aure interna (post 6 horas.). H.

135 Vulsiones lacerantes singulae per aures. (p. 12 hor). H.

In aure dolor ingens, quasi quid foras niteretur. *H.*

Auris externae calor, rubor, tumor (post horas aliquot). H.

Circa aurem externam calor, sudor. H.

Inter emunctionem inflationis sensus in aure et punctus hinc ad oculum micans. H.

140 Ex aure sinistra effluxus purulentae materiae (post 12 hor.). H.

Glandula parva dolorosa intra tragum auris et articulationem maxillae. H.

Nodus magnus, ruber in ossis zygomatici regione. H.

Protuberantia rubra, dura in gena dextra ante aurem cum dolore ardente (p. 5 dies). H.

In trago auris exanthema crustosum serifluum, ar-

---

*) 131. conf. c. 132.

denter mordacis doloris, cum glandulae tumore, tactu dolente, inferius in collo. H.

145 Crepitus in aure a motu eapitis et corporis (post 4. 16 hor.). H.

In parotide dolor pungens. H.

In nasi radice, ad oculi canthum, abscessus, ut in fistula lacrimali nascitura *). H.

In nare sinistra dolor, quasi ab exulceratione (p. 8 hor.). H.

In nasi ala exulceratio superficialis, serum fundens. (p. 6 hor.). *H.*

150 In naribus mane odor, quasi a gravedine inveterata **). H.

Odor iu naribus foedus, ut a coryza inveterata.

Olfactus vitium; tabaci fumi et coffeae odorem mixtum percipere videtur, vel in aëre libero. H.

Epistaxis. H.

Sanguinis e naribus effluxus cum gravedine. H.

160 Sanguinis emunctio mane (p. 48 hor.). H.

In labiorum externo margine desquamatio cuticulae ad vivum usque. (p. 12hor.). H.

Labiorum cuticula fissilis (post 2 hor). H.

In labio inferiore vibratio, per biduum. H.

Labium inferius tumidum, in medio rhagade fissum, cum dolore tensivo. H.

160 Pruritus in menti regione, maxime vesperi. H.

Lacerantes dolores in maxilla inferiore. †). H.

---

*) Conf. 105. 108.

**) Conf. 51. 462.

†) Qui a pulsatillae usu proficiscuntur, dolores sic dicti lacerantes maxima ex parte sunt tensiones breves, in vulsiones, laceranti dolori similes, semper solutae — fere quasi nervus dispendendo extenderetut, deinde vero repentino ictu doloroso remitteretur. Unde facta est illa nominatio; „Vulsiones singulae, lacerantes 135." „Strictorie vulsorius 169." etc.

Dolor in maxillis adstringens, ut ab acidis, cum horripilatione et sudore faciei frigido. H.
Dentium dolor, a quovis pastu redintegratus. H.
Dentium dolor, post mediam noctem circa horam secundam incipiens, capitis in frigido lectuli loco situs impatiens: sensus pungens, diruens, primo inferioris, tum in superioris maxillae dentibus, ex una eorum radice in alteram tendens, prandio recrudescens. H.

165 Dentium dolor punctorius, aceto levatus. H.
Dolor dentium in gingivis punctim exedens, maxime circa vesperam excitatus, denudatione vero et aëris liberi, frigidi afflatu lenitus, et somno vespertino deletus (p. 6 hor.). H.
Dolor pungens in posteriori dente molari, oris apertione exasperatus a secunda hora pomeridiana ad sextam usque. H.
A cibo vel potu calidiori sumto statim dentium dolor. H.
Tensive vulsorius dolor in dentibus, a potu frigido exasperatus. H.

170 Iu dentibus molaribus dolor vulsorius cum gingivarum tumore parvulo. H.
Vesperi (hora sexta) (post calorem in capite cum siti) dolores dentium vulsorii ad horam undecimam usque nocturnam; postea sudor. H.
Odontalgia lacerans **). H.
Dolor dentium, quasi protruderentur. H.
Dens inter mordendum dolorificus. H.

175 Dentium dolores vento aucti. ***).
Dentium vacillatio, mane. H.

---

*) V. not. ad. 175.

**) Conf. 161.

***) Ex qua symptomata aëre frigido, maxime libero augentur vel efficiuntur, virtus pulsatillae alternans rarius occurrit, quam illa ex qua calore, praesertim cubiculi, symptomata recrudescunt, veluti 447.

Dolor ut a vulnere, in gingivis. H.
In gingivarum interiori parte excoriationis sensus (p. 8 hor.). H.
In gingivarum parte posteriori tumoris sensus, sine tumore; a cibo vel potu, frigido vel calido, sumto ardoris ibidem sensus. H.

180 In gingivis ad pulsuum modulationem pulsatio, fornacis calore aucta.
Lingua latior ei esse videtur. H.
Lingua pituita obsessa tenaci, quasi pelle obducta *). *H.*
Sapor in ore foedus mane, cum lingua alba**). *H.*
In linguae apicis latere vesicula dolens (p. 6 dies). *H.*

185 In linguae, vel jam madefactae, medio sensus, quasi adusta sit et insensilis, noctu et mane (p. 6 hor.). ***). *H.*
Angina: punctio in faucibus extra deglutitionem, inter deglutitionem nulla. *H.*
Angina pungens. *H.*
Angina: in faucibus dolor disscindens (post 8 horas). *H.*
Angina: dolor in palati latere, inter tactum et loquelam, quasi a vesicula, pustula dolorosa, mane, pupillis dilatatis. *H.*

190 Sensus indolorificus, quasi velum palatinum pituita tenaci obductum vel tumidum esset. *H.*
Angina: inter deglutitionem sensus, quasi fauces angustatae et tumore clausae essent. H.
Pressio et tensio in faucibus inter deglutitionem. H.
Angina: inter deglutitionem dolor, quasi a tumore uvulae. *H.*
Angina: sensus, quasi a tumore in gula, modo inferne, modo superne sedente (post 6 hor.). *H.*

195 Angina: dolor inter deglutiendum, quasi glan-

*) Conf. 207.
**) Conf. 205. 208. 213 — 217.
***) Conf. 206.

dulae submaxillares in faucibus prominerent et quasi ab excoriatione. (p. 8 hor.). *H.*
Angina: in palato inter deglutiendum, et in f a u c i b u s p e r s e c r u d i t a s, cum dolore in colli musculis tensivo. *H.*
Angina: cruditatis ct vulneris sensus in faucibus extra deglutitionem et quasi siccae nimis essent, mane (p. 2 hor.). *H.*
Angina; in faucibus rasionis et cruditatis, quasi a vomitu vehementiori, sensus; inter deglutitionem evanidus; cum faucium siccitate matutina. *H.*
Angina: rasionis et siccitatis sensus in faucibus. *H.*

200 Faucium aspritudo quasi cruda, cum oris siccitate. *H.*
Angina: inter deglutiendum tumoris sensus in faucibus et asperitudo in trachea. *H.*
Deglutitio difficilis, quasi ab oesophagi musculorum paralysi.
S i c c i t a s f a u c i u m post mediam noctem, maxime vero m a n e. (p. 26 hor.). *H.*
Sensus siccitatis in faucibus ad linguae apicem usque intolerabilis (sine ariditate conspicua) cum siti; sed non, nisi parum bibere potest ob repugnantiam internam, vomiturientem. *H.*

205 Mane os et larynx sicca, muco fatuo et insulso obducta, cum halitu foetido, quem ipse non sentit (p. 12 hor.). *H.*
Siccitas linguae matutina. *H.*
E somno expergiscentis mane palati, linguae labiorum siccitas, postea in pituitam tenacissimam soluta**). *H.*
Sapor mucaginosus in ore, cum nausea vomituriente matutina. *H.*
Fauces mane pituita tenaci obductae**). *H.*

---

*) Symptoma alternans cum symptomatibus 195. 196.
**) Conf. 182.
***) Conf. 182. 205.

210 Os internum muco foetido obductum, mane e somno expergiscentis. *H.*

Os mane foetet; etiam putridus oris halitus mane et noctu*). *H.*

Foetidus oris halitus post decubitum vesperi (post 96 horas). *H.*

Sapor in posteriori faucium parte putride herbaceus. *H.*

Sapor in ore, quasi a carne putrida, cum nausea vomituriente (p. 2 hor.). *H.*

215 Ructus post prandium, quasi a carne putrida, sapore eodem in ore subsequo, cum vomituritione (p. 14 hor.). *H.*

Sapor in ore, quasi a carne putrida, maxime mane, inter screatum. *H.*

Sapor interdum in ore, quasi a pure, maxime mane. *H.*

Sapor in ore quasi ieiuni, multo mane surgentis, nauseosus (p. 12 hor.). *H.*

Sapor empyreumaticus in ore. *H.*

210 Sapor terreus cum vomituritione (etiam post 1 hor.). *H.*

Sapor in ore fatuus, quasi post esum terreorum, (p. 20 hor.). *H.*

Sapor continuus salivae dulciculus. *H.*

Sapor cerevisiae amarae nauseose-dulciculus. *H.*

Sapor tabaci fumi nauseosus. *H.*

225 Tabaci fumi sapor deletus, nullus, sine tamen ejus fastidio, versus vesperam (p. 20, 50 hor.) *H.*

Sapor amarus in ore vesperi (p. circa 6 hor.). †). *H.*

---

*) Conf. 205.
**) Conf. 265. etc.

†) Raro (ad summum vesperi tantum vel mane) a pulsatillae usu sapor in ore amarus continuus proficisci solet; vires vero alternantes, ex quibus per se in ore sapor amarus non exstat, sed vel inter potum et inter pastum et morsum, maxime panis fusci, oritur, vel post deglutitionem demum potulentorum et escarum apparet, longe sunt hujus herbae creberrimae.

Sapor amarus in ore mane, (post nychthemerum), post pastum evanidus. *H.*
Sapor amarus; biliosus, continuus, maxime post cibum captum. *H.*
Quasi a pinguedinis rancidae vapore in gula ad fauces adscendente, sensus post borborygmi motus in abdomine et tormina forcipantia. *H.*

230 Sapor amarus cum appetentia citri acidi. *H.*
Sapor omnium escarum amarus; tum frigus cum sudore frigido. H.
Sapor amarus post cerevisiam potam in ore superstes, vesperi (p. 8 hor.). *H.*
Mane fastidium lactis, vel bene sapientis. *H.*
Lactis, mane poti, sapor nullus. H.

235 Ciborum omnium (excepto pane fusco) sapor nimis salsus, imo post pastum per horas complures sapor acer, salsus ad fauces adscendens (p. 4, 28 horas). H.
Post coffeam potam, maxime mane, sapor amarus in ore superstes. H.
Sapor vini amarus. (post 8 hor.). H.
Butyri anorexia, sapor amarus *). H.
Sapor amarus ingestorum, panis fusci et albi atque carnis. H.

240 Panis fusci sapor amarus, non reliquorum ciborum. H.
Panis inter mandendum sapor amarus, post deglutitionem statim evanidus. H.
Appetitu integro, sapor amarus quadrante horae post pastum os occupat. H.
Sapor in ore paulum amarus, maxime mane, et aliquanto post pastum et potum; ciborum sapore integro. H.
Amaror in ore post vomitum *). H.

---

*) 238. conf. c. 240. 254.
**) Conf. 291.

245 Regurgitatio amari liquoris ad fauces usque. H.
Ructus amari noctu. *H.*
Ructus biliosi vesperi (p. 2 hor.). *H.*
Mane sapor cerevisiae amarus, postea sapor residuus in ore acidus (p. 12 hor.) *). *H.*
Panis sapor acidulus; simul nimis aridus videtur. *H.*
250 Post pastum sapor acidulus in ore (p. 3 hor.). *H.*
Eructatio acidi liquoris post coffeae potum. *H.*
Ructus acidi mane. *H.*
Anorexia sapore integro. *H.*
Anorexia carnis et panis veteris. *H.*

255 Sapor esculentorum omnium diminutus (post 4, 8, 16 horas). *H.*
Sapor carnis deletus. *H.*
Carnis recentis sapor putridus. *H.*
Sapor panis, butyri et cerevisiae fere nullus; (prunorum vero succi inspissati integerrimus) (p. 12 hor.). *H.*
Anorexia a ciborum sapore deleto et quasi a plenitudine ventriculi. *H.*

260 Adipsia. *H.*
Inter ipsum prandium somno occupatur. *H.*
Mane inter surgendum e lecto spasmi ventriculi depsantis species, quasi a fame diuturna, pastu evanescens (p. 12 hor.). *H.*
Dolor rodens in ventriculo, quasi a fame canina (p. 8 hor.). *H.*
Fames vel appetentia escarum, nescit quarum, — appetitus rei certae nullus —, nec grate sapit, quo vescitur. *H.*

265 Sensus, quasi a corrupto ventriculo **.) *H.*
Ventriculi summe corrupti symptomata. *H.*
Post esum, in pedibus tensio (post 58 hor.). H.

---

*) Amarus et acidus sapor vel ructus alternare solent, quamvis ambo ad primae classis vires sint referendi.

**) Conf. 62. 214. 215. 216.

Ructus crebri cum sapore ingestorum. *) *H.*
Post placentam esam ructus, quasi a candelarum sebo vetusto, rancidulo. *H.*

270 Sensus in ventriculo, quasi a nimia ingurgitatione escarum, et regurgitatio escarum, quasi evomendae essent. H.
Ructuum molimina inania; ructus incompleti.
Post pastum ructus sapore ingestorum, et tum vomituritio (p. 4 hor.). *H.*
Nausea vomituriens ad fauces usque (in gulam) tendit, interdum cum ingrato sensu. H.
Mane nausea vomituriens, ore pituita obsessa, mox in saporem oris acidum degenerans (post 13 horas). H.

275 Sensus, quasi in gula reptet vermes. H.
Mane post lactis potum nausea. H.
Vomituritio ab esca solida et spissiore, pane, carne. H.
Nausea vomituriens intolerabilis, sine vomitu (q. 1 hor.). H.
Cum frigore vomituritio. H.

280 Nausea vomituriens non nisi in faucibus nec tamen inter deglutiendum. H.
Nausea vomituriens, dum ad cibum capiendum accingitur. H.
Nausea inter pastum, ut taedeat eam ciborum. H.
A tabaci fumo hausto vomituritio; etiam tabaci fumi anorexia, quasi ab ejus satietate (post 5 horas); interdum ejusdem nausea summa. H.
Nausea vomituriens inter soporem (vel somnum) emergens, cum appetitu integro, vel panis fusci (p. 20 hor.). **) *H.*

285 Nausea, quasi a calore corporis oriretur. H.

---

*) Ructus cum sapore et odore ingestorum inter vires pulsatillae alternantes multo crebrius occurrere solet, quam ructus inanis, aëris meri.
**) Conf. 450.

Nausea, quasi ab oleo ingesto. H.
Post motum in aëre libero, versus vesperam, nausea et vomitus salinus vel acidus. (post 36 horas). H.
Nauseae vomiturientis sensus in epigastrio, maxime post pastum et potum (p. 1 hor.). H.
Cum borborygmis in hypochondrio vomituritio. H.

290 Vomitus cibi pridem capti. H.
Vomitus escarum vespertinus, tum amaror oris et dentes obtusi. H.
Vomitus nocturnus cum dolore dorsi pungente et tensivo versus scapulam*). H.
Vomitus brevis biliosorum. H.
Post vomitum ardor in gula — anorexia **).

295 Vesperi post pastum et decubitum, in lecto, vomitus intentissimus liquoris viridis, mucose aquei, acidum olentis et ignis instar in oesophago ardentis; vomitus tribus vesperis iteratus.
Ab imo ventriculo ad fauces usque regurgitatio liquoris aquei (sine nausea et vomitu), quem exspuere debet (p. 3 hor.); paulo ante in scrobiculo sensus, quasi quid avelleretur, ibidemque inter ructum pressio. H.
Salivatio — et cum salivatione continua viginti quatuor horarum vomituritio; etiam salivae aqueae effluxus ex ore copiosus, quasi a verminatione*). H.
Ictus e ventriculo versus fauces, ibique dolor tensivus cum angore et calore interno, pastu evanescens (p. 6 hor.). H.

---

*) Conf. 284. 446. Symptomata similia, pariter nocturna. v. 365. 370 et phaenomena alia noctu apparentia. 479. 480. 481. 495. 579. 589. 601. 295.

**) Symptoma alternans cum symptomate 284.

***) 297 et 296. Symptomata sunt similia, 446.

Inter tabaci fumum hauriendum singultus. H.

300 Singultus molimina post potum. *H.*
Dolor in scrobiculo premens et tensivus, mane, qui paulo in latus pectoris migrans, pungens et demum in dorsum progressus, lacerans fit (post nychthemerum). H.
Tensio in ventriculi et scrobiculi regione ad mammas usque. *H.*
Pulsuum arteriarum sensus in scrobiculo; etiam dum ventriculus manu tangitur, pulsatio sentitur *). *H.*
Dolor in scrobiculo inter inspirationem. *H.*

305 Dolor scrobiculi primo premens, tum vulsorius. *H.*
Mane in scrobiculo pressio vehemens, cum vomituritione mixta. *H.*
Dolor in scrobiculo premens et constringens, sive adstringens, pomeridianus, respirationem intercipiens. *H.*
Dolor corripiens in scrobiculo.
Acessus aliqui doloris in oesophago constringentis quasi a panis recentis frusto magno deglutito (p. 12 hor.). *H.*

310 Sensus ingratissimus tensionis coarctantis in abdomine, quasi a nimia plenitudine, duritie et impeditione, et quasi sedes et flatus retinerentur, quamquam sedes tarde quidem, sed non durae, flatus vero non, nisi aegre et breves, decedant. *H.*
Vulsio et punctus in hypochondrio ad os sacrum usque tendens, quasi ab apostemate. *H.*
Constrictionis sensus in epigastrio et hypochondriis, quasi a flatuum restagnatione (maxime post pastum), postea in pectus migrans et respirationem intercipiens (p. 16 hor.). *H.*

---

*) 39 — 42. 312.

Circa ventriculum tensio ante meridiem, motu evanida (p. 29 hor.). *H.*
Punctus in ventriculo*), *H.*
315 Angoris sensus circa ventriculi regionem. *H.*
Post horam a pastu cardialgia. *H.*
Dolor in ventriculo, quasi a pondere (lapide), mane in lecto inter evigilationem**). *H.*
Post coenam statim pressio in ventriculo et colica flatulenta, tum nausea vomituriens (post nychthemerum). *H.*
Flatulenta colica matutina cum doloribus forcipantibus et pungentibus in epigastrio (p. nychthemerum). *H.*
320 Dolor obtusus in epigastrio inter sessum et sensus distentionis. *H.*
Abdominis tegumenta tumida videntur cum dolore tensivo flatuumque retentione. *H.*
Expansio abdominis dura, cum dolore distensivo et sensu, quasi dirumperetur (pedum dorsis tumentibus). *H.*
Multo mane, mox post experrectionem in lecto, colica flatulenta, sive flatus tumultuantes, rugientes, dolorosi, maxime in epigastrio. *H.*
Punctus continuus, obtusus in abdominis latere, quasi a flatu incarcerato. *H.*
325 Post coenam mox colica flatulenta, sive flatus tumultuantes et rugientes, maxime in epigastrio, cum dolore (p. 4, 24, 48 hor.).***). *H.*
Tormina discindentia, quasi a diarrhoea nascitura, supra umbilicum (p. 1 hor.). †). *H.*
Circa umbilicum annulus prosiliens, inter eundum dolorificus (p. nychthemerum), *H.*

---

*) Conf. 310. 565.
**) Conf. 305. 306.
***) Conf. 318. 333.
†) Conf. 562. et partim 563 etiam 338. 542.

Flatuum motus in abdomine dolorosi, vesperi, post decubitum in lecto, *H.*

Flatus cum borborygmis sonoris ex uno intestinorum loco in alterum transientes, cum sensu resultante, interdum forcipante, maxime vesperi in lecto, *H.*

330 Borborygmi sonori in abdomine cum diarrhoea crebra et doloribus corripientibus et forcipantibus, *H.*

Tormina vespertina, vel borborygmi. *H.*

Post pastum plenitudo et subinde tormina cum borborygmis. *H.*

Sensus plenitudinis flatulentae in abdomine post pastum (coenam) (p. 2 hor.). *H.*

Sensus, quasi a vacuo in abdomine, quasi abdomen exenteratum esset. *H.*

335 Sensus, quasi ieiuna esset, cum doloribus forcipantibus et strepitu bullante, ut a fermento. *H.*

Tormina post potum, vesperi ((p. 6 hor.). *H.*

Flatulentia a cibis quibuscunque. *H.*

Tormina discindentia, quasi a flatibus, ante pastum, vesperi (p. 36 hor.) *) *H.*

Tormina disscindentia interdiu et vesperi maxime, alternis diebus (p. 4, 5, 6 dies), *H.*

Tormina: discindens in imo abdomine dolor, pronatione levatus, quasi ad vomitum, circa horam quintam, post vespernam, per tres dies singulos eodem tempore repetens; hora nona vespertina inter decubitum trunco incurvato evanescens, somno subsequo (post nychthemerum). *H.*

Dolor discindens in abdomine post motum. *H.*

Flatus cum torminibus discindentibus abeuntes mane (p. 8, 20 hor.). *H.*

Tormina forcipantia, totum hypogastrium aequaliter occupantia, (p. semihoram), *H,*

---

*) Conf. 330. 308.

Tormina corripientia in imo abdomine, lateris sinistri, colligare abdomen cogentia. *). H,

345 Tormina forcipantia (p. 4 hor.) et punctus validi, ex abdomine in penem micantes, cum diarrhoea crebra et siti cerevisiae insigni. H.

Tormina, quasi a diarrhoea, et tamen sedes bona, justa sequitur (post 48, 72 horas). H.

Pressio in abdomine (p. 1, 42 hor.). **).H.

Colica nocturna: post mediam noctem hic illic in abdomine pressio, quasi a flatibus incarceratis, cum caloris sensu supra totum corpus, sine siti; flatuum eruptione nihil levatur. H.

Tormina post sedem. H.

350 Inter sedem in dorso tensivus dolor, extra sedem fere nullus. H.

Post alvum depositam tormina, quasi a flatibus (p. 5 horas); in recto pressio. H.

Abdominis in hypogastrio dolor, quasi a contusione, inter oscitationem (p. 2 hor.). H.

Frigus supra abdomen (etiam ad inferiorem dorsum circumiens). *H.*

Sensibilitas dolorifica abdominis, tactu excitata (post horas plures), maxime post diarrhoeam, cum siti insigni; abdomen tactus impatiens.H.

355 Constipatio pertinax, aut si quae faeces quotidie decedunt, durae sunt (cum dolore in haemorrhoidibus protuberantibus). H.

Sedes impedita tenesmo doloroso et dorsi dolore***). H.

Mane sedes difficilis, tum interdiu bis sedes mollis. H.

---

*) 338 — 342 conf. c. 326. 371. 562. et partim 563.

**) Conf. 306. 307. 317.

***) Quae ex hoc et sequentibus sex symptomatibus (conf. 444.) elucet, proprietatem sedis a pulsatillae usu profectae potissimum et creberrime prae se ferunt.

Cacaturitio, facies decolor et in animi deliquium propensio. H.

Invitatio crebra ad alvum deponendam, quasi diarrhoea identidem eruptura esset. *H.*

360 Sine tenesmo nec in recto, nec in ano, cacaturitio continua (in intestinis remotioribus) sine sede sufficiente. *H.*

Sedes crebrae, molles, cum pituita mixtae (etiam p. 2 hor.). *H.*

Sedes crebrae ex pituita constantes (etiam p. 48 hor.), cum torminibus ante quamvis sedem, *H.*

Sedes excrementorum sanguine tinctorum mane (p. 72 hor.). *H.*

Sedes ex mera pituita lutescente, alba constantes, cum pauco sanguine intermixto (post 12 hor.) *H.*

365 Diarrhoea viridis, fellis instar, noctu semel et bis; ante singulam sedem flatuum tumultus in intestinis (post 4 diem) *). *H.*

Diarrhoea pituitae viridis (p. 2 diem). *H.*

Post alvum depositam frigus parvum, maxime in interiore dorsi parte (osse sacro) (et circa scrobiculum pressio). *H.*

(Per dies quatuor) excrementa alba (p. triduum, etiam post hor. octavam, nychthemerum.) *H.*

Excrementorum sedes, ovi cocti minutatim dissecti instar, cum doloribus discindentibus ante et post sedem, maxime mane. *H.*

370 Diarrhoea aquea nocturna. *H.*

Diarrhoea cum torminibus discindentibus **). *H.*

Sedes matutina, mollis, acris, mordax ***). *H.*

---

*) Conf. 370. Hae diarrhoeae noturnae species pulsatillae propriae sunt nec ab ullo alio profecto medicamine tam crebro ac praecipue effici posse videntur.

**) Conf. 329.

***) Conf. 399.

Omni mane, statim post surrectionem sedes diarrhoica mucosa, quinque diebus iterata.
Noctibus quinque (inter somnum) iterata sedes diarrhoica involuntarie decedens; etiam diarrhoea diurna ter quaterve (p. 40 hor.).

375 Haemorrhoides caecae et pruritus in iis, vesperi (p. 10 hor.), etiam in ano. *H.*
Punctus continuus, obtusus in recto, quasi a flatu incarcerato (p. 1 hor.). *H.*
Inter haemorrhoides protuberantes punctus in ano prurientes singuli. *H.*
Inter alvum deponendam in recto ardor. *H.*
Haemorrhoides caecae vesperi ad nonam usque horam, cum ani dolore quasi a vulnere, inter quietem et motum, motu aliquantum aucto (p. nychthemerum). *H.*

380 Ani dolor, quasi a vulnere, statim post alvum depositam (p. 4. 5 dies). H.
Quasi ab ulcere dolores in ano et haemorrhoidibus protuberantibus (post 3 hor.). *H.*
Haemorrhoides caecae protuberantes, dolorificae. *H.*
Post ossis sacri dolorem matutinum haemorrhoides caecae protuberantes. *H.*
Vulneris et quasi ab ulcere dolor in natium parte externa ad crenae initium (p. 1 horam). *H.*

385 Quasi a lapide premens et constringens dolor in hypogastrio ad vesicam urinariam usque. *H.*
M i c t u r i t i o c r e b r a. *H.*
Noctu in lecto mictus involuntarius. *H.*
Minctio involuntaria: u r i n a e s t i l l i c i d i u m i n v o l u n t a r i u m i n t e r s e s s u m e t e u n d u m. *H.*

390 Punctus continuus obtusus in vesicae urinariae collo, quasi a flatu incarcerato (p. 1 hor.). H.
Pressio acuta (fere discindens) in vesicae urinariae collo, inter eundum in aëre libero, quasi a flatibus, sine tamen micturitione. H
In vesica urinaria pressio continua, sine micturitione, vesperi et noctu, H.

Tenesmus, vesicae urinariae — micturitio crebra, fere irrita, cum dolore inter mictnm discindente in urethra. *H.*

Ante mictum dolor premens. *H.*

395 Pressio ad micturam invitans*). *H.*

Non nisi inter decubitum in dorso, ab urina pressio, mox mingere cogens; dum in latere decumbitur, nulla. *H.*

Inter tusssim vel flatuum eruptionem urinae paulum involuntarie effluit (p. 48 hor.). *H.*

Urina decolor, aquae instar (p. 1 et 4 hor.). *H.*

Inter mictum urinae aqueae et debilitatis sensum in lumbis, sedes pituitae acres**). *H.*

400 Urina subinde rubra. *H.*

Urina fusce rubra. *H.*

Urina fusce rubra, sine sedimento. *H.*

Urina fusca. *H.*

Urina cum spumae violaceae circulo in superficie, et cum sedimento arenaceo. *H.*

405 Urina sedimenti violaceo rubri, etiam rubri vel coloris lateritii. *H.*

Per urethram sine dolore sanguinis semunciae duodecim decedunt.

Punctus validi, ex abdomine in penem micantes. *H.*

Post mictum urinae fuscae ardor in anteriori urethrae parte †). *H.*

Vesperi ante decubitum, in vesicae urinariae collo ardor, quasi a nisu mingendi. *H.*

410 Ardor in urethrae orificio inter et post mictum urinae sedimenti lateritii. *H.*

---

*) 987. 393. 395. 395. His symptomatibus, tenesmum vesicae urinariae indicantibus, symptomata 388. 389. — ad primae classis vires pariter referenda, — alternantia quidem respondere videntur.

**) Conf. 372.

†) Conf. 431. et (6).

Urethrae angustia, urinae radius exilior (post 1 horam). *H.*

Dolor mane in urethra trahens, extra mictum. *H.*

Post mictum dolor in urethrae orificio premens et formicans. *H.*

Post mictum in urethra dolor, quasi ab ungue, acute premens.

415 Post mictum pressio et formicatio in glande penis. H.

Pruritus punctorius in praeputio inter sessum et decubitum, inter eundum nullus (vesperi). *H.*

Pruritim mordax dolor in interna et superiori praeputii parte (p. 6 hor.). *H.*

Pruritus mordax subter praeputio, in glande. *H.*

Pone glandis penem dolor constringens.

420 In penis glande titillatio grata, postea pituitae non coloratae effluxus, ut e glandula prostata.

In inguine boae complures parvulae, pure repletae, doloris ardenter pungentis, magnitudine pisorum.

In scroto pruritus creber, maxime mane, intra et extra lectum, et vesperi. *H.*

Scroti lateris dextri et testiculi tumor (p. 48 hor.). H.

In testiculis lacerans dolor (p. nyhthemerum). *H.*

425 Testiculus dexter sursum retractus, tumidus, funiculo spermatico tumido tensivi doloris, testiculo sinistro alte pendente (p. sesquihor.). *H.*

Dolores trahentes et tensivi ex abdomine per vasa spermatica in testiculos penetrantes, testiculis alte pendentibus (post 6 hor.). *H.*

Mane, post evigilationem, penis tentigo diuturna, non sine appetitu Veneris (p. 6 hor.). *H.*

Pollutio nocturna. *H.*

Pollutiones duae nocte una inter somnia non lasciva, et postridie gravitas et lassitudo artuum intolerabilis (p. 12 hor.) *). *H.*

---

*) Symptoma alternans cum symptomate 802.

430 Mane in lecto irritatio pruriens in regione vesicularum seminalium, ad seminis emissionem summe provocans, fere sine erectione et sine imaginatione amatoria. (p. 12. 36 hor.). H.

Blennorrhoea colore et consitentia seminis humani cum ardenti dolore maxime statim post mictionem *). H.

Ex urethra (blennorrhoea laborante) sanguinis stillicidium. (p. 4 hor.). H.

Dolor discindens in uteri orificio (p. 6 hor.). H.

Dolor tractorius et pressorius versus uterum, cum nausea vomituriente omni mane. H.

435 Dolor tractim tensivus in abdomine, ritu dolorum spuriorum in partu (p. 4, 5, hor.). H.

Dolores constrictorii in uteri sinistra parte, quasi ad partum, truncum incurvare cogentes. H.

In uteri vagina et vulvae labiis dolor ardens.

Leucorrhoea ardentis doloris **). H.

Leucorrhoea acris, tenuis. H.

440 Leucorrhoea lactea, indolorifica, cum tumore vulvae. H.

Leucorrhoea pituitae spissioris, lactei coloris, indolorifica, maxime inter decubitum percipienda. H.

Ante menstruorum eruptionem frigus, pandiculatio, oscitatio. H.

Ponderis sensus in abdomine, quasi a lapide, instante menstruo (p. 2 hor.). H.

Inter menstrua dolor in abdomine et osse sacro infra premens, quasi a lapide, narcosin artuum inferiorum minitans inter sessum, cum cacaturitione inani †). H.

---

*) Conf. 408. (6).

**) 438. 439. Symptomata alternantia cum symptomate 441.

†) Conf. 356.

445 Sanguis menstrualis crassus, fuscus, nonnisi uno impetu aliquoties interdiu decedit*). H.
Inter menstrua noctu nausea et cum vomendi nisu e ventriculo aquae eructatio, quasi a verminatione **). H.
Inter menstruationem visus obnubilatio, cubiculum calidum intrando adgravescens. ***). H.
Amenorrhoea cum frigiditate, horrescentia et tremore pedum †). H.
Menstruorum suppressio ††). H.

450 Nausea vomituriens, sine vomitu, appetitu integro, cum menstruorum suppressione †††). H.
Inter menstrua cardialgia, H.
Inter menstruum lateris dolor per dies aliquot 1). H.
Menstruis durantibus pectoris dolor lancinans inter respirationem. H.
Ante menstrui eruptionem et inter ejus fluxum pleuresia, brachii motu, respiratione et clara voce loquendo excitata, cum brachii quasi paralyseos sensu. H.

455 Menstrua septem dies anticipata 2). H.
Menstrui ultra tempus justum retardati eruptio (post sesquihor.). H.

* * *

---

*) Menstruorum excretio difficilis, retardata, immo suppressa super hujusmodi pulsatillae vires classis primae excellere videtur, verum eruptio eorum praemutara (455.) symptoma alternans rarius occurrens sine dubio erit.

**) Conf. 284. 292 et 296. 297.

***) Conf. 36.

†) Conf. 638. 729. 730.

††) In feminis pluribus aetate provectioribus, maxime ubi menstrua plenilunii tempore erumpere solebant.

†††) Conf. 284.

1) Sudore evanidus.

2) V. not. ad symptoma 445.

Gravedo. H.
Nares obturatae, exulceratae *). H.
Gravedo cum exulceratione narium **). H.

460 Muci viridis, foetidi e naribus excretio. H.
Vesperi inter decubitnm dormituri narium obturatio, quasi a coryza, et mane tum muci crassi, flavidi, non pellucidi emunctio, quasi in coryza inveterata. H.
Narium mucus foetidus, ut a coryza inveterata. H.
Titillatio continua in naribus. H.
Sternutatio (p. 4, 12 hor.). H.

465 Sternutatio inter somnum vesperi, mane in lecto. H.
Coryza cum gustus et olfactus jactura. H.
Aspritudinis, quasi a raucedine, sensus in epiglottidis regione (p. 1 hor.). H.
Mane, post surrectionem, pectoris oppletio cum tussi et expectoratione (post nychthemerum).H.
Raucedo aphona. H.

470 Aspritudo et siccitas in faucibus, tussim proritans ictu duplici vel triplici. H.
Aspritudo in bronchiis tussim procreans. H.
Quasi a siccitate in pectore (bronchiis) tussis. H.
In aspera arteria pruritus a scrobiculo ad epiglottidem usque tussifer. H.
Pueri truncus a tussi concutitur. H.

475 Inter tussim sensus, quasi ventriculus verteretur et vomitus instaret; tussis lacrimas prolicit. H.
Inter tussim sensus in faucibus, quasi a sulphuris fumo. H.
Titillatio in cartilaginis thyreoideae regione et inde tussicula laryngea. H.

---

*) Conf. 89.
**) Conf. (5).

Ab inspiratione, tussis molimina (p. 6 hor.). H.
Tussis nocturna somnum impediens, fatigans. H.

480 Per tussim nocturnam siccitas faucium. H.
Tussis nocturna sicca, sessu in lecto evanida, decubitu rediens (post 8, 32 hor.) *). H.
Post decubitum vesperi tussis continua. H.
Tussis sicca cum expectoratione difficili (post horas complures) **). H.
Tussim pueri fortem tussicula abrupta sequitur. H.

485 Tussis valida cum expectoratione difficili pituitae tenacis parvae copiae. H.
Circa vesperam tussis dura. H.
Tussis sanguinea. H.
Tussis sanguinea cruoris congelati, atri, ad vesperam usque (p. horam).
Primo per diei dimidium tussis sicca, tum per complures dies in anteriori tracheae parte pituita, ejusque per tussim voluntariam expectoratio copiosa. H.

490 Tussis cum expectoratione (post 2 hor.). H.
Pituita flava inter tussim expectorata. H.
Tussis cum expectoratione amara. H.
Sapor pituitae tussi eiectae amarus, biliosus. H.
Sapor pituitae tussi eiectae mordaci empyreumaticus, instar jusculi cancrorum vel olei tabaci (post aliquot horas). H.

---

*) Conf. 504.

**) 483. 485. 486. Haec symptomata pariter atque antecedentia tussis siccae alternare solent cum symptomatibus expectorationis largae inter tussiendum (490—494.): at enim vero haec super illa excellere videntur, ita, ut morbi, qui ad pulsatillae usum ceteroquin accommodati sunt, facilius atque tutius sanentur, si tussis cum expectoratione larga iis non deest, quam si tussi sicca insignes sunt. In symptomate 489 vis alternans praecipua, expectoratione larga excellens, tussim siccam subsecuta est, quod rarius occurrit.

495 Tussis nocturna punctus in latere gignens. *H.*
In latere dolor inter tussim et inter surgendum. *H.*
A tussi parvula circa costas breves, in utroque latere, quasi a lassitudine dolor, qualis a tussi diuturna, concutiente oriri solet (p. 30 hor.). *H.*
Inter tussim dolor pectoris. *H.*
A tussi punctus in humero. *H.*

500 Inter tussiendum punctus in dorso. *H.*
Oppletio pectoris dolorosa *). *H.*
Respiratio cita statim post prandium, per horas aliquot (p. 72 hor.). *H.*
Respiratio intercepta, dum spiritus per nares trahitur, non vero, dum per os trahitur (p. semi hor.). *H.*
Asthma et vertigo inter decubitum horizontalem in dorso, cum capitis debilitate, inter sessionem erectam vero omnia evanida **). *H.*

---

*) Conf. 468. In statu catarrhoso, qui hoc symptomate vulgari voce significatur, internae bronchiorum glandulae, tumidae et inflammatae, secretionis pituitae impotes, arteriam asperam juste madefacere non posse videntur. Unde dolorosus ille siccitatis atque asperitudinis (et quasi pituita praeter modum tenax ac firma bronchia interna angustaret nec facile solveretur,) vitiatus sensus oritur.

**) Conf. 481. Virtus pulsatillae, inter decubitum horizontalem, sessionem erectam, post sessum inter surgendum, inter statum et itum conspicua totidem efficit symptomata alternantia, quae quum ad primi ordinis vires omnia referenda sint, pretium tamen habent diversissimum. Symptomata, a pulsatillae usu inter decubitum in dorso quietum profecta, sessione erecta plerumque levantur, rarius contra; quae inter sessum quietum orta sunt phaenomena sensim movendo atque eundo saepius levantur vel tolluntur, rarius contra; quamquam ante itionem perfectam e surrectione ipsa eo plura et graviora symptomata nasci solent, quo diutius antea sessum est, perinde ut motus diuturnior, major inter pulsatillae usum pariter atque sessus diuturnus symptomata efficit, quae tamen quietis et sessus initio maxime percipiuntur. Quaequae vero inter

505 Angusta respiratio, quasi trachea introrsum externa vi premeretur et constringeretur, ut per sexagesimam horae partem, spiritum ducere omnino non posset, vesperi inter standum sine ulla tussi. *H.*

Asthma vespertinum, tum coma vigilans, tum experectio cum suffocationis paroxysmo et screatu tussiculoso, capitis dolore in fronte per oculos lacerante, formicatione in lingua, pedum frigiditate, sudore frigido faciei et ructibus multis. *H.*

In infima pectoris parte sensus asthmaticus, quasi oppletum et angustum nimis esset, mane *). *H.*

Per transversum pectus spasmodicus sensus, et infra pectus tensio continua spasmodica, etiam dolor spasmodicus supra pectus. *H.*

Dum in latere sinistro decumbitur, anxietas cum cordis palpitatione cita et respirationis interceptione. *H.*

510 In pectoris dextra parte tensio spasmodice constringens cum ebullitione sanguinis et calore quodam interno (p. 26 hor.). *H.*

Pectoris oppletio cum tussi sine expectoratione.

Inspiratio et exspiratio unica convulsiva, in suffocationis sensum brevem transiens, quasi spiritu cessante mors instet.

Supra pectus constrictio.

In musculis pectoralibus sensus vulsorius, maxime mane post evigilationem. *H.*

515 Mane post surrectionem rigiditas dolorosa pectoris musculorum inter inspirationem altam et motum pectoris (p. 12 hor.). *H.*

---

symptomata medicaminis alternantia saepissime occurrunt et super cetera magnitudine et proprietate excellunt in curatioue morborum homoeopathica saluberrima sunt.

*) Conf. 307. 312.

In pectoris alterutra parte dolor tractim tensivus, per inspirationem auctus, *H.*

In medio pectoris musculi punctus inter tollendum brachium circa vesperam et per totam noctem usque ad mane (p. 4 hor.). *H.*

In pectore dolor pungens inter motum corporis. *H.*

Punctus in latere nonnisi inter decubitum *). *H.*

520 Dolor lacerans et quodammodo pungens in latere pectoris (p. 1 hor.). **). *H.*

Dolor conprimens et discindens, fere punctus instar, in costarum quadam inferiorum lateris sinistri, inter decubitum in latere dextro, trunci extensione vel in latus dolens decumbendo evanidus. *H.*

In pectore hinc inde dolor discindens (post 6 hor.). *H.*

In pectore auxietatis sensus inter pulsum velociorem (post 1 hor.). *H.*

Mane ab angore in pectore respiratio difficilis *H.*

525 Congestio sanguinis ad pectus et cor nocturna, cum somniis angentibus (v. c. quasi muro clausus esset) et clamoribus pavidis. *H.*

Dolor in pectore medio, quasi ab ulcere interno, cum capitis dolore in fronte, ante mediam noctem (p. 4 hor.). ***).

Locus parvus in sterni regione dolorosus, quasi respiratio ibi impediretur. *H.*

In sterni superiori parte pruritus exedens, fricatu non delendus, vesperi (p. 36 hor.). †). *H.*

Mammarum tumor cum dolore tensivo in iis, quasi lac influeret et premeret dum infans ubere nutritur. *H.*

---

*) Conf. 301. 504.

**) Conf. not. ad. 161.

***) Dolores, quasi ab ulcere interno, hic illic sentiti, praesertim pulsatillae proprii sunt. Conf. 115. 148. 541. 542. 554. 600. 602. 646, et quasi a vulnere dolor inter tactum partis plerumque percipitur. Conf. 121.

†) 528. 530. conf. c. 543.

530 in mammae dextrae papilla pruritus, fricatu non evanidus (p. nychthemerum). *H.*

In scapulis fragor a motu minimo, mane (post 64 horas).

Dolor intra scapulas inter motum pungens respirationem praecludens *). *H.*

Dolor pungens intra scapulas, vel inter quietem **). *H.*

Infra scapnlam dolor, quasi a pondere. *H.*

525 Dolores tractim pungentes in nucha, intra scapulas et in dorso ***). *H.*

A scapulis ad dorsum medium usque pustulae, in iisque pruritus continuus, maxime vesperi. *H.*

D o l o r p u n g e n s i n n u c h a. *H.*

Dolor tractim tensivus in nucha. *H.*

Tempore pomeridiano dolor nucham petit quasi rheumaticus, motum paene probibens. *H.*

540 In nucha dolor, quasi a decubitu perverso nocturno. *H.*

Tumor nuchae, utrinque ad colli latus, usque ad carotides protensus, tactu tantum sed vehementer dolorosus, quasi ab apostemate intus latente. *H.*

Tumor in colli dextra parte, cum sensu inter colli motum vel inter tactum, quasi a dilaceratione et tensione, vel quasi ab apostemate intus latente, deglutitione non percipienda (post 4 horas). †). *H.*

In barba rasa in colli latere pruritus (mordax), fricando non delendus, sed dolens (p. 5 hor.). ††). *H.*

---

*) Pulsatillae est symptomatibus aliarum, quam quae respirationi inserviunt, partium efficiendis asthma gignere. Coof. 307. 312. 556. 562. 563.

**) Symptoma alternans cum symptomate antecedente.

***) Conf. 292.

†) Conf. 598. 538.

††) Conf. 528. 530.

Pruritus in collo et genis diurnus; post scalptum pustulae surgunt. *H.*

545 Dolor terebrans in glandulis submaxillaribus, vel inter quietem partium (p. 4 hor.). *H.*

Dolor tractim tensivus in glandulis submaxillaribus *). *H.*

Dorsi rigiditas dolorosa (asseris ad instar). *H.*

Dorsi dolor intra humeros, quasi ab erectione trunci post pronationem diuturnam, eundo evanidus. *H.*

Dolor lacerans in dorso. **). H.

550 Dolor pungens in dorso et supra pectus. *H.*

Pruritus in dorso et supra lumbos. *H.*

In quarta lumborum vertebra dolor pressorius, maxime post itum ***). *H.*

In osse sacro dolor pressorius, quasi a defatigatione, vesperi. *H.*

Rigiditas et dolor inter decubitum in osse sacro, quasi ab apostemate et quasi a ligamento ultra relaxationem adstricto. *H.*

555 Dolor in osse sacro inter erectionem trunci et resupinationem, pronatione evanidus (p. 12 hor.). *H.*

Dolor in osse sacro, parturientis dolorum instar, quasi ligamentum, per os sacrum tractum, constringeret, respirationem praecludens maxime mane. H.

In osse sacro, quasi a luxatione, dolor, inter motum. H.

Dolor in osse sacro inter pronationem, erectione trunci et resupinatione evanidus (p. nychthemerum). H.

Inter decubitum quietum in lecto dolor in osse sacro et genubus, quasi a contusione; surrectione et ambulatione evanidus. H.

---

*) Conf. 298. 538. 542

**) 548 — 550. conf. 292. 301.

***) V. not. ad 504.

560 Dolor in osse sacro post sessum; erigere et pronare truncum vix potest. H.

Dolor in osse sacro vesperi, quasi ab assidua pronatione, inter standum maxime et sedendum percipiendus, sed resupinatione dorsi et eundo levandus, cum defatigatione pedum, ad sessum invitante. *) H.

Dolor pungens iu osse sacro et abdomine, cum torminibus discindentibus, respirationem praecludentibus. H.

Primo punctio in osse sacro; tum in abdomen tendens dolor discindens fit et lancinans, respirationem praecludens; tum in capite formicatio, gravitas et tractorius sensus, visum et auditum aboliens; tum frigus, quasi ab aquae frigidae perfusione.**) H.

Dolor tractim tensivus in lumbis***). H.

565 Tractorius dolor a lumbis ad scrobiculum usque, ubi punctus fit, inter inspirationem. H.

In lumbis punctus inter pronationem trunci, mane in lecto. (p. 10 hor.). H.

In humeri junctura dolor lacerans continuus, (motitare) flectere brachium cogens, mane inter expergiscendum e somno nascens et post semihoram evanescens, etiam incumbendo in brachium dolorificum cessans. H. †).

In humeri articulatione cum scapula dolor pungens, rheumaticus, mane inter brachii motum et inter capitis ad latus motum (post 18 hor.). H.

In humeri capite vulsorius dolor (p. 4 hor.). H.

570 In humeri junctura, quasi a pondere gravi, sensus, et sensus, quasi a paralysi inter tollendum brachium. H.

---

*) Symptomata 661. 554. 558. sunt congrua et cum symptomatibus 555. et partim 560. alternant, at potiora iis esse videntur.

**) Conf. 21. 22. 37. 47. 49. 80.

***) Ischiadis a medicina profectae species.

†) V. not. ad 161. et not. ae 697. 698.

In humeri capite, quasi a constrictione et pondere, dolor (p. 60 hor.). H.
A brachii retroversione dolor, quasi a luxatione, in humeri junctura. H.
Dolores trahentes in brachiis ab humero ad carpum usque, parvis sed repetitis accessibus. H.
Vesperi dolor ardens in brachio et siccitatis sensus in digitis (post 48hor.). *).

575 In brachio, inter sublationem, dum aliquid eo tenet vel dum aliqua re opè ejus fungitur, stuporis sensus et gravitas. H.
Cubiti ossis dolor tactu perceptibilis. H.
Brachium vel inter quietem dolet, quasi cubiti ossis tubus in medio contusus esset; dolor, ad pollicem usque prorsum tendens, motumque ejus prohibens. H.
Dolor lacerans in cubiti musculis (statim). H.
Vel inter quietem dolor tractorius in brachio, per totam noctem, deorsum ab humero per digitos usque, tum narcosis et insensilitas digitorum, sine tamen pallore vel frigiditate. H.

580 Cubiti articulationis dolor, quasi a contusione, inter motum, mane, pupillis dilatatis (post 8 horas.). H.
Cubiti articulationis dolor inter extensionem et motum illius (p. 18 hor.).
In cubiti articulationis apice pruritus exedens, qualis a fricatu lanae ovillae oriri solet (post hor. secundam), et supra cubiti flexuram tumores subcutanei parvuli (non inflammati) tactu dolorosi. H.

---

*) Quoad diei tempestatem etiam, qua oriri ac tenere solent, pulsatiliae symptomatum vicissitudo observatur. Qua propter vesperi potissimum illa apparere videmus, de ad mediam noctem usque horis. (De nocturnis symptomatibus v. not. ad 292). Rarius pulsatillae symptomata hora quarta pomeridiana oriuntur, rarissime mane etc.

Brachiorum gravitas cum dolore cubiti juncturae lacerante inter motus initium, mere diurno. H.
In flexione brachii, tendinum cubiti flexorum dolor tensivus. H.

585 In brachii anterioris ossibus dolor tractim lacerans, accessibus repetitis interdiu et vespere*). H.
Venae tumidae in brachio anteriore.**).
Sensus frigiditatis in brachiis, quasi a narcosi nascitura (p. 72 hor.). H.
In brachiis vulsorie lancinans dolor (p. 3 hor.).†). H.
In brachio, maxime in digitis, dolor lancinatim trahens, noctu. H.

590 Dolor tractim tensivus in brachiis internis ad carpum usque. H.
In brachio anteriore, maxime in manus dorso et intra digitos, pruritus, scalpere cogens, sine pustulis subsequis. H.
In manus junctura, quasi a rigiditate, dolor, inter motum, et quasi a distortione. H.
Mane, post surrectionem, manuum sudor. H.
In carpi et metacarpi manus ossibus, tum et in brachio dolor vesperi, quasi a nimio nisu, inter motum magis, quam in quietem (p. 2 dies). H.

595 In pollice tractorius dolor et rigiditatis sensus inter motum, quasi a luxatione. H.
Rigiditas articuli secundi pollicis et genu, quasi distorta essent et fragor in ipsis sit exstiturus (p. 2 hor.). ††). H.
Lancinans dolor in tendinibus extensoriis digitorum (p. 10 hor.). H.

---

*) Conf. not. ad. 161.

**) V. not. ad. 362.

†) 588 – 590. in quibus nota ad 161 scripta, adhibenda est.

††) Symptoma ex nota ad 161 judicandum.

Intra digitos pustulae, lympham continentes, cum dolore punctorio, quasi a festuca, dum tanguntur vel dum digiti moventur (p. 4 dies). H.

600 In unguis latere, digiti indicis, dolor, quasi a panaritio nascituro. *H.*

Narcosis digitorum mane in lecto (p. 36 hor.) et noctu (p. 13 hor.). *H.*

In glutaeis post sessum dolor simplex, quasi a contusione, vel quasi ab ulcere interno. *H.*

In ossis femoris capite dolor inter dorsi inclinationem, tempore meridiano. *H.*

In osse ilei sinistro et simul in capite ante meridiem pressorius dolor, motu evanidus (post 26 hor.). *H.*

605 Femoris articulatio, quasi a luxatione, dolet (p. 8 diem). *H.*

Vulsio conspicua, indolorifica in fibrarum musculosarum fasciculis aliquibus in femore, vesperi in lecto. *H.*

Dolor vulsorius, fere quasi a vulnere, a femoris articulatione ad genu usque, mane inter decubitum in lecto, eundo evanidus. *H.*

Inter decubitum punctus in anteriori parte femoris sinistri ad genu usque et a sura dextra deorsum ad calcaneum usque; inter motum nullus. *H.*

In femoris musculis dolor tractorius noctu, motitare cogens; nescit quo vertat, cum agrypnia et versione corporis hinc illinc, adeo si dolor abest, et frigiditate universali. *H.*

610 Femoris inter eundum subita asthenia paralytica, volatica. *). *H.*

Dolor tractorius et tensivus in femoribus et cruribus, vesperi. *H.*

Dolor immanis pressim dirumpens in femoris et humeri musculosis partibus (p. 2 horas), *H.*

---

*) Propriè itionis initio post sessum (diuturniorem). V. not. ad. 504. conf. c. 615. 633.

Quasi a contusione, dolor in femorum non musculis, sed ossibus, etiam pressione externa in ossibus percipi visus, genua flectere in iisque niti prohibens, quasi ossa diffringerentur. *H.*

Quasi a verberatione dolor in femorum musculis et ossibus (p. 18 hor.). *H.*

615 Post sessum, dum ire incipit, dolor paralyticus genuum et calcanei, quasi a longo itinere. *H.*

Crurum lassitndo ingens, cum genuum tremore.*), *H.*

In genu lancinantes (ictus) dolores (p. hor. tertiam et dimidiam), interdum cum tumore, etiam lancinantes et tractorii. *H.*

Dolor lacerans a genu sursum ad ossis femoris caput usque, non nisi inter sessum, inter eundum nullus, *H.*

In poplite tensio (statim). *H,*

620 Genu tumor indolorificus. *H.*

Fragor genuum. *H.*

Genuum instabilitas et geniculatio involuntaria inter eundum. *H.*

Post seesum inter surgendum narcosis crurum **). *H.*

Post sessum, inter surgendum dolor crurum paralyticus, eundo cessans, *H.*

625 In osse tibiae, quasi a contusione, dolor. *H.*

Dolor in crure pendulo. *H.*

In crure sinistro inquietudo nocturna, genu flexo decumbere cogens. *H.*

Vesperi dolor tractorius insignis in cruribus ad genua usque cum frigore majori, quam interdiu, sine calore subsequo. ***). *H.*

In cruribus a pedibus ad genua usque tractorius

---

*) Conf. 583. 584.

**) Conf. 444.

***) Plurimi pulsatillae dolores cum frigore vel tamen frigescentia conjuncti sunt. Conf. 649. 810.

dolor mane remittens et fere evanidus, et crurum lassitudo dolorosa — quasi ab itinere longo. *H.*

630 Frigiditatis sensus in crure, juste calido. *H.*

Pedum gravitas et tractorius in iis dolor, minus in brachiis. *H.*

C r u r u m g r a v i t a s d i u r n a. *H.*

Crurum circa vesperam insensibilitas quaedam et tamen gravitas insignis, cum tremore inter eundum (p. 48 hor.). *H.*

Crurum tremor matutinus. *H.* *).

635 Vesperi post decubitum sensus tremulus in cruribus et genubus (p. 3 diem). H.

Pedum lassitudo (p. 50 hor.). *H.*

Genuum (non pedum) lassitudo, post sessnm inter surgendum. *H.*

Pedum imbecillitas, ut vix insistere possit. **) H.

In pedibus inter standum dolor tinniens, eundo evanidus. H.

640 In osse tibiae, quasi a contusione, dolor, maxime dum pes sursum movetur. H.

In tibiae osse, quasi a verbere, dolor, a pomeridiano ad vespertinum usque tempus. H.

Punctus in ossis tibiae tubo sursum, cum dolore externo ardenti et rubore erysipelaceo ***).

Pustulae in crure serum fundentes, cum dolore ardente, H.

Post itum longum, inter sessum dolor tractorius in surarum latere interno 4. 86 hor.). H.

645 Vulsio conspicua in surae dextrae parte aliqua, mane in lecto, non sine sensu ingrato. H.

Vesperi maxime, post decubitum, in crurnm

---

*) 645. conf. c. 616. 699. 689. 723. 720. 730.

**) Conf. 622.

***) Symptoma in femina annos nata quinquaginta octo a pulsatillae grani Parte quingdntesima profectum.

musculis, quasi ab apostemate, dolor, volarum compressione externa levatus (p. triduum). *H.*

In cruris ossibus, quasi pars, ab apostemate dolorosa, premeretur, inter itum longiorem, maxime post meridiem, pressione externa et sessu, praesertim quiete nocturna levatus. *H.*

Dolor tensivus in suris. H.

Crampus cruris vesperi post decubitum, cum frigore (p. 4, 3 hor.). *). *H.*

650 Inter eundum dolor in suris, quasi a crampo. *H.*

Inter eundum in pedis junctura, quasi a luxatione dolor subito. *H.*

Debilitas paralytica, pedem prorsus movere prohibens, trahere cogens.

Dolor lancinans in pedis articulo inter flexionem, mane, pupillis dilatatis. *H.*

Dolores summe pungentes in pedis articulo, vesperi (p. 10 hor.).

655 In malleolo pedis interno dolor lancinans, eundo auctus (p. 4 hor.).

Supra pedis dorsum ad calcaneum usque dolor lancinans, mane et vesperi. H.

Tumor dorsi pedis. *H.*

In pedis dorso dolor ardens.

Tumor pedum supra malleolos, non infra. *H,*

660 Tumor pedis alterius vespertinus.

Tumor pedum. *H.*

Calor pedum. *H.*

Tumor pedum ad suras usque calidus. *H.*

Inter quietem ardor et calor pedis continuus, eundo auctus. *H.*

665 Tumor ruber, calidus pedum, cum dolore tensivo, urente, inter consistendum pungente. *H.*

Tumor ruber, calidus pedum, cum formicatione prurienti, quasi a gelu***). H.

---

*) V. not. ad. 628.

**) 653, 655. v. not. ad. 161.

***) Conf. 685.

Mane, inter insistendum primo, hyperaesthesia et formicatio in pede, quasi a sanguinis turgore. H.

In plantis a statu dolor formicatim pungens quasi a narcosi. H.

In plantis et pedis pila dolor surdus, quasi post saltum ab alto et ut a narcosi, statim post sessum longiorem inter insistendum, eundo paulatim evanidus. (p. 1 hor.). *). *H.*

670 Plantae, quasi a contusione, dolent. H.

In plantis pedum, supra genu et in dorso lancinans dolor**). H.

Punctus singuli in plantis et digitorum pedis apice, inter quietem. H.

Plantarum inter insistendum dolor, quasi a sanguinis suffusione vel quasi ab apostemate, H.

In plantis dolor ardens. H.

675 Dolor in plantae medio (cavo), dum insistitur, quasi ab excrescentia protuberante vel ab ulcere latente, cum punctibus inde ad suram. H.

In calcaneo dolor circa vesperam terebrans (post 58 horas), alias tarebratim pungens (p. 3 hor.). H.

Mane in lecto punctorius in calcaneo dolor, post surrectionem evanidus. H.

Sub calcanei vola dolor ardenter pungens cum pruritu, ut in gelatis partibus (p. 4 hor.). *). H.

In calcaneo secans dolor vesperi, inter lecti calorem. H.

680 In pedis dorso locus aliquantum ruber et prominens, etiam inter tactum valde dolorosus, cum

---

*) Periostei dolor inter pressionem externam, cum stupore tegumentorum (cutis ac musculorum) conjunctus.

**) 671. v. not. ad. 161.

***) Qui a pulsatillae usu proficiscuntur, dolores pungentes plerumque sunt ardenter pungentes.

sensu formicante, et paululum pungente, quasi ab ulcere nascituro. †). H.

In pollice pedis ictus lancinantes (p. 8 hor.). H.

In pedum digitis et maxime in pollice pnnctus (post 1 hor.). H.

Digitorum pedis dolor, ut a pressura calcei. H.

Dolor vesperi in halluce auctus, decubitu evanidus (p. 30 hor.). H.

685 Formicatio pruriens in digitis pedum vesperi ut in gelatis. ††). H.

Vesperi inter lecti calorem dolor in pilo digiti minimi et secundi pedis ardenter pungens cum pruritu, sensim summe auctus, ut in membris gelatis fit (p. 3 hor.). H.

Ante mediam noctem pruritus dolorificus et punctus pruriens, per corpus totum penetrans, intolerabilis in pedibus eorumque digitis, ut ab inflammatione dolentibus, praesertim prope ab unguium radicibus, quasi in partibus summe gelatis, nulla tamen narcosi inter eundum dolorosa subsequente. H.

In brachio sinistro et crure sinistro tremor, cum dolore lancinante (p. 1 hor.). *).

In artubus omnibus tremor cum dolore lancinante (p. 3 hor.). H.

690 Narcosis formicans brachiorum anteriorum (et manuum) et crurum, inter decubitum quietum; motu eorum deminuta (post 2 hor). H.

Artuum, quibus inter somnum incubaverat, narcosis et formicatio inter evigilationem. H.

Aëre libero symptomata deminuta (p. quadrantes tres hor.). **). H.

---

†) E nota ad 526. judicandum symptoma.

††) Con f. 666.

*) 688. 689. conf. 3. 633 et not. ad 161.

**) 692. 693. 690. Symptomata tria alternantia pulsatillae, quorum primum super cetera excellit, i. e. creberrime et prae ceteris insigniter apparet.

Aëre libero, quem tamen appetit, aucta maxime tormina et vomituritio. (p. 10 hor.). H.

Molestia ab aëre libero, fuga aëris liberi (p. 6 horam vel octavam.). H.

695 Symptomata altero quoque vespere maxime aucta.

Post ambulationem meridiano tempore tantus a minima re languor, ut somnum vincere nequeat, et quo magis in vigilantiam nitatur, eo cupidior somni fiat. H.

Mane et noctu in lecto decubitus nonnisi rectus in dorso et pedibus retractis, commodus, in utrovis vero latere morbosa plura gignens symptomata, v. c, ani dolorem haemorrhoidalem, capitis dolorem, quasi cranium disrumperetur, articulorum dolorem, asthma, anxietatem (p. 38 hor.). *). H.

Inter decubitum in dorso dolores levantur et evanescunt, in latus alterutrum decumbendo augentur vel redintegrantur (post nychthemerum). H.

Dolor tractorius lancinans, modo in uno, modo in altero artu, cum frigore et frigiditate**). H.

760 Dolores tractorii, lancinantes, hinc inde, in toto corpore, parvis et volaticis, sed mox repetitis accessibus. H.

Dolor tractim pungens in artubus et articulis maxime, tactu, quasi contusione, dolorosis. H.

Dolor vulsorie trahens, in artuum musculis, non in juncturis. ***). H.

In latere sinistro dolor vulsorius (p. 4 hor.). H.

Pruritus mordax hinc illinc in cute. H.

---

*) 697. 698. Hicce status creberrime occurrere solet; quamquam haud raro cum alio alternet, ubi dolor inter decubitum in dorso natus evanescit, dum in partem dolorosam (v. 576.), vel omnino in latus (u. 396.) decumbit homo.

**) 699. 700 e nota ad 161 judicanda symptomata.

***) Conf. 265. etc.

705 Pruritus in pedis dorso et intra mammas, mane in lecto. H.

Sensus pruritim pungens in cute, quasi a pulicibus innumerabilibus. H.

Furunculi hinc inde. H.

Ulcera, si quae sunt, sauguiflua fiunt. H.

In ulcere dolor pungens, mordax, circumcirca pruritus. H.

710 Mane in lecto dolor ardenter mordax circa (ulceris) crustam (cum tussi sicca) (p. 20 hor.). H.

Mane, juxta et supra cruris ulcus ardor, quasi a carbone candente, per minutas duas. H.

Infra cruris ulcus pruritns titillans. H.

Circa ulcus pruritus immanis, quasi sanescere velit. H.

In ulcere punctus, corpus totum percellentes, circumcirca punctorii dolores, postea ardentes. H.

715 In vulneribus recentibus lancinatus, vesperi. H.

In altero ulcere punctus sursum tendentes, in altero dolor ardens (p. nychthemerum). H.

In ulcere pedis dolor mordax ante deligationem, mane et vesperi. H.

Rubor circa ulcus fit durum ac nitens. H.

Locus pridem igne laesus, postea sanatus, tactu dolet. H.

In ulcere dolor auctus, dum ad cibum capiendum se accingit. H.

720 Pulsatio arteriarum molesta in omni corporis parte tactu maxime percipienda. *). H.

A tractoriis in artubus et toto corpore doloribus trepidatio. H.

In artubns anxietas tremula, sive trepidatio requie, sessu et decubitu aucta, motu diminuta. H.

In artubus tremoris sensus anxius, trepidatio. H.

---

*) Conf. 39. 40. 41. 42. 303.

In toto corpore sensus ingratissimus ad desperationem summam et impotentiam animi adigens, neque dormire, neque requiescere ullo modo sinens. *H.*

725 Sensus ingratus in toto corpore pernox, quasi a vigilia longa, cum capitis vappiditate, ut a crapula hesterna (p. 12 hor.). *H.*

Mane in lecto artuum, maxime articulorum, dolor simplex extendere artus cogens, inter calorem corporis totius, sine siti (p. 12, 36 hor.). *H.*

Inter sessum interdiu in crurum extensionem summa propensio (p. nychthemerum). *H.*

Mane, post surrectionem, totius corporis aegrotatio (post 22 hor.), motu evanida. *H.*

Inter motum tremor manuum et pedum (post 28 hor.). *). *H.*

730 Debilitas tremula. *H.*

Artuum languor et relaxatio, non lassitudo, mane post surrectionem e lecto (p. nychthemerum). *H.*

Crurum lassitudo, non inter eundum, sed post sessum tantum modo inter surgendum. *H.*

Corporis immobilitas rigida. *H.*

Gravitas totius corporis (p. 8 hor.). **). *H.*

735 Desidia, sedendi et decumbendi libido. *H.*

Artus quasi contusi. *H.*

Artuum gravitas dolorosa. *H.*

Gravitas et horrescentia summa brachiorum et crurum.

A parvo itinere lassitudo ingens per plures dies †). *H.*

740 Languor totius corporis, decumbere cogens (post 3 horas). *H.*

---

*) 729. 730, conf. c. 161. 633. 635. 689. 688. 723. 894.

**) Quam pulsatilla gignit partis cujusdam, assitudo et debilitas plerumque gravitatis sensum prae se fert.

†) Conf. 694.

Paralyseos sensus dolorosus circa ligamenta articulorum. *) *H.*

Mane, quo diutius decumbit, eo languidior fit et eo longius cubare vult, immo in somnum relabi. *H.*

Decubitus inter somnum in dorso, manibus supra abdomen decussatis, pedibus retactis. *). *H.*

Inter somnum vespertinum sedentis inspiratio per nares stertorosa. *H.*

745 Decubitus inter somnum in dorso, manibus supra caput protensis. *H.*

Dormituritio continua somniis plena. *H.*

Dormituritio vesperi invincibilis, sine lassitudine (p. 4. dies). *H.*

Languor vix per minutas aliquot ire sinens, tum vero per horas et sic vicissim toto die dormire cogens. *H.*

Somnus insolito tempore, vel mane sero, vel versus vesperam. *H.*

750 Somnus pomeridianus invincibilis. *H.*

Somnus nimis protractus, palpebris clausis, statim a principio comatosus, phantasticus, somniis plenus. *H.*

Sopor somniis plenus de rebus minus cohaerentibus, quas etiam singulas pro vocum sono homo somnians cogitat, quamvis nomina in res somnio gestas non quadrent; inde voces inter se repugnantes, clarae in somno. *H.*

Somnus levissimus; postea sensus, quasi omnino non dormiisset. *H.*

Somnus comatosus, inquietus, agitatorius. *H.*

755 A g i t a t i o in s o m n o. *H.*

Somnus nocturnus inquietus ob caloris intolera-

---

*) Hoc symptoma etiam vesperi potissimum, tenebris oborientibus, apparet cum sensu in articulis artuum omnium doloroso, perinde ab febris intermittentis paroxysmo incipiente, cum frigescentia.

**) Conf. 697.

bilis sensum, stragula abiicere cogentem, vola manuum calida, sudore nullo.

Somnus omnino inquietus, agitatorius, quasi a calore summo.

(Per tres noctes primas) dormire non poterat, nisi inter sessum vel capite ad latus et prorsum declinato, nec ande mediam noctem obdormiscebat. *H.*

Somnum capere non potest vespcri ob caloris sensum anxium (p. 4 hor.). *H.*

760 A calore expergiscentia. *H.*

Quasi a sanguinis ebullitione, agrypnia. *H.*

Per noctem angor, quasi a calore. *H.*

Caloris sensus nocturnus sine siti (p. 36 hor.). *H.*

Noctu in lecto calor siccus intolerabilis.

755 Calor ardens intolerabilis nocturnus in lecto, cum inquietudine.

Pruritus intolerabilis, vesperi in lecto.

Experrectio facilis vesperi (ante noctem mediam). *H.*

Vesperi in lecto per longum tempus obdormiscere nequit, et tum praeter morem evigilatio summe matutina, cum somni posteri prohibitione. *H.*

Post decubitum vesperi per sesquihoram sine somniis dormit, tum vigilia agitatoria ad mane usque. *H.*

770 Vigilia nocturna vel experrectio creberrima, cum somniis multis et non nisi ab hora secunda usque somnus quietus, tempore antemeridiano vero sequente tanta lassitudo, ut per dimidium diem dormire cuperet. *H.*

Agrypnia; tertia quaque hora noctis penitus evigilat. *H.*

Agrypnia cum copia idearum. *H.*

Ante mediam noctem idea fixa somnum impediens, v. c. cantus suetus in cogitatione continuo repetitus, mentis imperio in memoriam et phantasiam sublato. *H.*

775 Angor vespertinus inter decubitum, cum cogitationum copia et congestione sanguinis interna in caput, surgere cogens (p. 5 hor.). *H.*

Vesperi somnum capere nequit; — agrypnia cum inquietudine summa.

Noctu ante horam secundam somnum capere nequit.

Surrectio crebra e lecto ob sensum foris gratiorem.

Post noctem mediam somnia et phantasiae vividae animum continuo intendentes et defatigantes, ejusdem fere materiae, ad evigilationem usque (p. 48 hor.). *H.*

780 Somnia vivida de rebus interdiu ante in sermonem vocatis vel gestis. *H.*

In sopore erecta considit, quemcumque oculis vigidis spectat et: virum istum fugate, inquit. *H.*

Somnium terrificum, erigi cogens (p. 5 hor.). *H.*

A somniis terribilibus, v. c. quasi lapsurus sit, crebra evigilatio *H.*

Somnia de nece allata, de rixis (p. nychthemerum). *H.*

785 *Terror, succussio inter somnum.* *H.*

Somnia nocturna, terrifica, fastidiosa. *H.*

Sopor cum brachii vulsionibus et terrore. *H.*

E somno expergiscenti sonus vocum nimis acris videtur et aures offendit (p. 2 hor.). *H.*

Experrectio attonita noctu, nescit, ubi sit, sibi non conscius (p. 5, 12 hor.). *H,*

790 Somnia confusa noctu. *H.*

Experrectio succussoria e somno et clamor de cane atro, feli, delirium de abigendis apibus etc. *H.*

Angustia nocturna inter evigilationem, quasi crimen commisisset. *H.*

Somnia pavida, v. c. de castigatione instante, de miseriis, cum suspiriis et ejulatu, tam vivida vel post evigilationem, ut suspiriose animam ducat. *H.*

Blateratio inter somnum (etiam p. 40 hor.). *H.*

800 Post noctem mediam blateratio semivigil de rebus visui observari sibi visis, inanibus. *H.*

Post mediam noctem sudor lenis universalis inter coma somnolentum cum vividis imaginibus et somniis *). *H.*

Somnia lasciva vesperi et mane, fere sine partium genitalium orgasmo (p. 8 hor.). *H.*

Inter somnum pueri os sursum versum convulsum, oculi aperti, retorti iterumque clausi, digitorum vulsiones. *H.*

Vulsio unius vel alterius membri, incipiente somno. *H.*

805 Vulsiones singulae artuum et totius corporis in somno. *H.*

Capitis et totius corporis concussio et vulsio inter somnum capiendum (in meridiatione) bis momento iterata (p. 36 hor.). *H.*

Oscitatio. *H.*

In pandiculationem propensio.

Post frigus corporis pomeridianum calor internus in capite et gravitas. *H.*

810 Inter dolores vespertinos frigus **).

Horrores. *H.*

Horripilatio, quasi a sudore erupturo. *H.*

Horrescentia mane et vesperi vel in cubiculo calido. *H.*

Manus et pedes frigidi, quasi stupore affecti. H.

815 Frigus mane e lecto surgentis. *H.*

Tempore pomeridiano trunci calor, partium corporis inferiorum frigus internum sine frigiditate externa. *H.*

Frigus vespertinum corporis totius; sine horrore frigiditatis sensus. *H.*

---

*) Conf. 884.
**) Conf. 386. 649.

Circa vesperam frigus nonnisi in femoribus cum frigiditate eorum, sed crurum pedumque calore justo. *H.*

Frigus per totam vesperam ante dormiendi tempus, vel inter eundum. *H.*

820 Frigus sine cute anserina vespertinum. *H.*

Horripilatio in dorso sursum tendens, per diem integrum sine siti. *H.*

Horror in dorso ad hypochondria propagatus et in brachiorum et femorum maxime anteriori parte cum frigiditate artuum et sensu, quasi a narcosi nascitura, hora quarta pomeridiana (p. 10 hor.). *H.*

Horripilatio brachia perreptat, cum calore genarum, aëre cubiculi nimis calido viso. *H.*

Post prandium horripilatio volatica (post 6 hor.). *H.*

825 Horror fere sine frigore, ut capilli rigescant, cum anxietate et spiritus angustia *).

Post prandium frigus supra epigastrium et brachia superiora (p. 5 diem). *H.*

Frigus vesperi ante decubitum; post decubitum calor parvus. *H.*

Cum tremore frigoris sensus, aliquot minutarum intervallo recurrens, calore parvo subsequo, sine sudore. *H.*

Frigus vespertinum in cubiculo. *H.*

830 Circa vesperam in cubiculo calido frigus, seu frigiditatis sensus, caloris volatici sensu intermisto. *H.*

Frigiditas, pallor, sudor supra corpus totum, per horas duas (post 2 hor.). *H.*

Frigoris sensus, quasi e cubiculo calido aërem frigidum intrantis.

Frigoris lenissimi sensus, post meridiem.

Per diem totum, quasi a frigore, sensus terque faciei calor volaticus. *H.*

---

*) Symptoma alternante cum symptomate 850.

835 Quasi a frigore, sensus, calore volatico intercurrente (p. semihoram); tum faciei corporisque reliqui calor auctus. *H.*

Primo frigoris sensus, deinde calor et caloris sensus in capite et manibus, cum pulsu tardo, pleno (p. 12 hor.).

Frigus febrile sine siti; inter calorem sitis *). *H,*

Sitis aquae inter calorem. *H.*

Sitis aquae vespertina. *H.*

840 Cerevisiae sitis nec tamen gratus sapor (post 10 hor.). *H.*

Post calorem febilem evanidum sitis intentissima, maxime cerevisiae, et lingua albida. *H.*

Sitis maxime mane et cerevisiae (p. aliquot hor.) *H.*

Sitis spirituosorum. *H.*

Potulenta valida et vires reficientia desiderat. H.

845 Vesperi post decubitum, in lecto, statim calor sine siti vel sudore, intra horam secundam et quintam matutinam sudore demum subsequo cum siti et a potu singulo sudore aucto. H.

Vesperi frigus invadit; tum per horas aliquot calor magis externus cum lassitudine et languore; noctu calor nonnisi internus ad horam quintam usque matutinam, omnino siccus sine sudore; dein capitis vappiditas et horis aliquot post sputum e pectore sanguinolentum, postea calorem fulvum (hepatis instar) accipiens. H.

Febris: horripilatio reiterata pomeridiana; vesperi calor universalis ardens cum siti intensa, terrorum concussionibus somnum impedienti-

---

*) Febris intermittens, quam pulsatilla gignit, plerumque nonnisi inter calorem (non inter frigus), rarius post calorem solum, vel ante frigus siti insiguis est. Ubi caloris sensus tantum sine calore externo, tactu perceptibili, adest, sitis nulla apparet. Cum quo statu alternare solet caloris sensus cum frigoris sensu mixtus. Sunt etiam symptomata alternantia aliquantum diversae naturae, quae tamen non saepe occurrunt, nec hanc ob causam ad sanandum perinde, certe rarius apta sunt.

bus. doloribus quasi ad partum spuriis; dolorositate totius corporis, verti in lecto prohibente, et diarrhoea aquea. H.

Inter calorem operiri stragulis gestit; labia lambit nec bibit, gemit. H.

Febris: frigus immane et externa frigiditas, sine horrore et sine siti vesperi; mane caloris sensus, quasi sudor instet (sine sudore), sine siti et sine calore externo, exceptis manibus, cum denudationis fuga *) (p. 26 hor.). H.

850 Febris: frigus immane, postea caloris interni cum horripilatione sensus mixtus, postea calor ardens universalis, pulsus citissimus, respiratio citissima agonizans. H.

Post hororem concussorium calor et sudor universalis, cum doloribus tractim vulsoriis in tubis artuum intermediis. H.

Febris quotidie hora prima pomeridiana frigus cum aurium manuumque calore. H.

Febris: post meridiem (hora secunda) sitis; tum (hora quarta) frigus sine siti, facie et manibus frigidis, cum angore et pectoris oppressione asthmatica, tum decubitus et tractorius dolor a dorso sursum ad occiput adscendens, dein in tempora et verticem; post tres horas calor corporis (sine siti); ardet cutis, cum sudore faciei solius, guttis magnis margaritarum forma emanantibus. et dormituritione inani, inquieta; mane sequenti sudor universalis (post 70 horas). H.

Calor internus cum siti (non tamen irresistibili) pomeridianus.

855 Calor nocturnus et inter versandum corpus in lecto frigus (horror). H.

Tempore pomeridiano (hora sexta) caloris sensus ardens in pectore et intra scapulas, simul cum frigore femorum et crurum, sine siti. H.

---

*) Conf. Symptoma alternans 879.

Calor et dein horror. H.
Calor primo, postea frigus ingens. *H.*
Calor totius corporis siccus, noctu et mane. H.

860 Vesperi calor corporis siccus, venis tumidis, et manus ardentes, refrigerari cupientes, H.
Manus haec calida, illa frigida. H.
Manus et pes in altero latere frigida. *H.*
Manus et pes in altero latere frigidi, rubri, in altero calidi, vesperi et noctu *). H.
Manuum et pedum calor auctus (p. 4 hor.). H.
Subitaneus, maxime vespertinus calor et rubor genarum et sudor frontis calidus, inter et post faciei calorem horror in dorso et supra brachia, sine cute anserina, et capitis dolor foras terebrans, cum punctibus obtusis, angore identidem recurrente. H.

865 Rubor genae dextrae cum ardoris sensu summo, maxime in aëre libero, una cum calore manus dextrae et horrore totius corporis, ebrietatis sensu et morositate, minima aegre ferente (post 4 horas). H.
Calor subitus cum faciei sudore magno, tremore artuum et scotomia syncopode **). *H.*
Calores volatici (post 12 hor.) H.
Faciei totius calor vespertinus. H.
Subitaneus rubor faciei, cum pedum horrore et trepidatione. H.

870 Faciei rubor et calor ardens (statim) dein pallor.
Calor totius corporis pomeridianus per horam. H.

---

*) Hic rubor, vel frigidarum partium (conf. 586.) pulsatillae ostendit proprietatem, etiam sine calore venarum tumorem gignendi, perinde ut ex aliis experiendiis, hic non notatis, ipsarum varicum ortus elucet. Conf. 375. 377. 379. 877.

**) Conf. 74 — 78, 79. 80.

Calor totius corporis, exceptis manibus, cum pressorio supra orbitam dolore et aestuatione ejulatoria. H.
Calor anxius supra totum corpus, cum manuum maxime calore ardente et dolore occipitis lancinante. H.
Afflatus, quasi ab aëre minus calido, cephalalgiam causans. H.

875 Caloris sensus, quasi a cubiculo nimis calido (p. 3 hor.).
Sensus, quasi nimis arcte omnia cingerent corpus, ad abiiciendas vestes invitans.
Caloris externi intolerantia, venae tumidae. H.
Caloris sensus mane in lecto, quasi sudor erupisset. H.
Vesperi (hora septima) calor insignis corporis totius, cum denudationis fuga et summa cerevisiae siti.

880 Propensio in sudorem diurnum (p. 14, 30 hor.). H.
Mane propensio in sudorem. H.
Sudor continuus per noctem integram inter coma phantasticum et cerevisiae sitim. **). H.
Sudor uocturnus noctibus quatuordecim iteratus.
Sudor mane inter somnum, post evigilationem evanidus. H.

885 Sudor mitis universalis. H.
Sudor profusus matutinus ((p. 48 hor.). H.
Sudor matutinus levis.
In faciei latere dextro sudor. H.
In corporis latere dextro sudor. H.

890 In corporis latere sinistro sudor (p. 40 hor.). H.
Anxietas, quasi a calore aëris ambientis ***). H.
Calor anxius, quasi ab affusa aqua calida, fronte frigida. H.

---

*) 877. conf. c. 892: 895. 896. 875.
**) Conf. 61. 795. 801.
***) Conf. 876.

Tremor universalis; sudor frigidus (p. 3 hor.). H.

Palpitatio cordis et anxietas ingens, ita ut vestes abiici debeant. H.

895 Vestes nimis calidae videntur, sed exutis vestibus frigus (p. 2 hor.). *). H.

Palpitatio cordis per fere minutam, sine angore. H.

Palpitatio cordis post prandium (p. 5 hor.). H.

Palpitatio cordis a loquela. H.

Anxietas pomeridiana cum tremore manuum, sine calore rubro maculatarum. H.

900 Puer suspiriose gemit et gestari gestit. H.

Circa vesperam (per quatuor dies singulos) spectrorum pavor; etiam diurnus angor cum tremore et in toto corpore caloris volatici sensu, facie manibusque pallidis, frigidis. H.

Somnium anxium matutinum et post evigilationem perdurans angor, meticulositas animique deliquium ob imaginem terrificam inanem, e phantasia natam (eamdem, quam somnium genuerat) (p. 6 hor.). H.

Anxietas, nescit, quo se vertat (ante 1 hor.). H.

Anxietas, annihilari, pessumdari se putat (post 1 hor.). H.

905 Angor in cordis regione ad autochiriam usque, cum vomituritionis sensu in scrobiculo. H.

Anxietas, quasi apoplexia instaret, vesperi post decubitum, cum frigore, sono aurium musico et vulsione in digitis manus dextrae (post semihoram). H.

Anxietas tremula, quasi mors instaret (p. 1 hor). H.

Sollicitudo anxia de valetudine; de rebus domesticis sollicitudo matutina. H.

Animus inquietus, quasi officio suo deesset (post 18 hor.). H.

---

*) Conf. 875.

910 Vacillatio consilii, indeterminatio summa. H.
Auersatio negotiorum, indeterminatio, anhela respiratio, aestuatio. H.
Laborem alium aliumque appetit, quem tamen oblatum respuit (p. 10 hor.). *). H.
Vel hilari animo puer modo haec, modo illa appetit. H.
Invidia. aviditas, avarities; omnia sibi soli conquirendi libido. H.

915 Morositas, laboris abhorrescentia (p. 1 hor.). H.
Morositas in lacrimas invalescens, dum labor interrumpitur (versus quartam horam pomeridianam) (post 36 hor.). H.
Aegritudo animi (etiam p. horas complures). H.
Animus male contentus et moeror lacrimatorius longus mane e somno experrecti. H.
Morositas, in lacrimationem propensio, angor.

920 Per totum diem animus morosus, male contentus, sine causa (p. nychthemerum). H.
Ex nuntio ingrato moestitia summa et animus maxime abjectus (q. 20 hor.). H.
Aegritudo animi, horrescentia. H.
Moeror summus, animi aegritudo. H.
Morositas hypochondriaca, quaevis aegre ferens. H.
925 Per morositatem obrigescit infans. H.
Morositas vesperi (circa solis occasum) ingens, respondere detrectans, aegre omnia ferens. H.
Vox haeret, respondere taedet. H.
Taciturnitas.
Taedium, fastidium omnium rerum**). H.

930 Cum sensu, quasi ab inertia, in capite, quae circum sunt, inania et vasta ei videntur, tanquam sola domi et in mundo sit; taedet eam,

---

*) 913. 914. Conf. c. 264.

**) 929. 930. 940 Symptomata alternantia.

cum homine ullo sermocinari, quasi nihil circum ad ipsam pertineat, nemo ipsi cohaereat. H.
Circa externa non incuriosus, sed negligens (post 1 horam). H.
Ideae permultae sed instabiles. H.
Festinatio nimia. H.
Inattentio, praepropere agit, ac vult (p. 2 hor.).
935 Nonnisi magno labore, apposite loqui potest. H.
In scribendo litteras singulas omittit. H.
Labor litterarius maxime fatigat. H.
In cubiculo, post ambulationem, cum morositate anorexia (p. 48 hor.). H.
Nullius rei amor, ex nulla offensio. H.
940 In stomachationem ob quamlibet rem, vel cum ipso, summa propensio. H,

Observata medicorum veteri disciplinae addictorum.

Obnubilatio visus. *) (*Saur* in *Bergii* mat. med. p. 517).

Dolor in oculo, quasi cultro radatur (*Anton de Störck*, v. d. Pulsatille. Erft. 1771).

Dolores summi lacerantes, terebrantes, secantes in oculo (*Störck*, l. c.).

Oculi aqua suffusi, lacrimis abundantes, lippi (*Störck*, l. c.).

5 Purulenta excretio e nare dextra **). (*Störck*, l. c.).

Ardor urinae molestus (*Störck*, l. c.).

Materiae aquosae foetidae decessus ex urethra (gonorrhoea?). (*Störck*, l. c.).

In brachio nocturnus pruritus. (*Störck*, l. c.).

In brachio vesiculae, pure dein refertae et squamis deciduae. (*Störck*, l. c.).

10 Ardentes, vagi dolores a digitis pedum ad inguen usque. (*Störck*, l. c.).

Sudor magnus, foetidus, nocturnus (*Störck*, l. c.).

---

*) A vapore.

**) Conf. 460.

Rheum.

(Tinctura: parti radicis optimae in pulverem redactae partes viginti spiritus vini admiscentur, (grano uno radicis guttae sp. vini viginti) quotidie pluries quassatur intra quinque, sex dies calore conclavium consueto extrahitur tumque a sedimento defunditur).

Per mille annos, quo tempore haec radix, Arabibus auctoribus. primum innotuit, partim eadem, (quod quidem saepissime factum est) ad intestina purganda abusi, partim ad sedandas nonnullas diarrhoeas successu raro felici usi sunt.

Si cognitum habuissent, eandem sicuti quodque medicamentum, ea nonnisi mala facile, certo et constanter sanare posse, quae simillima in corpore sano excitat, neque virium hujus plantae praeclarae peculiarium per tot saecula ignari fuissent, neque tam saepe cum damno ipsam adhibuissent.

Index virium Rhei absolutarum, quamvis exilis, tamen ad usum ejus utilem, homoeopathicum adducet; inde enim intelliges, quibus vere morbis opituletur, intelliges symptomata eo suscitari, quae usum ejus homoeopathicum in sanandis multis morbis vulgaribus, (maxime infantium) salubrem concedant.

Tinctura ejus spirituosa praeparatum praebet validissimum quod nonnisi admodum dilutum singulari

cum fructu usurpatur. Si guttam dilutionis IX. (i. e. quae partem trillionesimam grani radicis continet) singulis dosibus adjeceris, satis superque saepissime erit, quamquam allopathici, vulgari via incedentes, nullam hujus rei habeant notionem.

Stapf.

R h e u m.

Symptomata.

Inter standum vertiginis accessus, quasi oblique casurus sit.

Capitis obnubilatio, ut a crapula.

Quasi ex hypogastrio ut a malleo pulsatio, in caput adscendens. (p. 6 hor.). *H.*

Cephalalgia primo premens, dein lancinans ad occiput usque. *H.*

5 Cephalalgia trahens, distendens, obnubilans et obtusa supra totum quidem cerebrum, maxime tamen in vertice et temporibus. *H.*

Capitis dolor stupefaciens, capitis quasi perversitas talisque anxietas, quasi crimen commisisset, magis tamen inter motum et pronationem. *H.*

Gravitas capitis cum calore aestuoso in capite adscendente. *H.*

Capitis obnubilatio cum oculis inflatis; postea cephalalgia premens supra orbitam alterutram, pupillis dilatatis ((post 1 usque ad 4 horam). *H.*

Cephalalgia premens lateris dextri, maxime verticis et temporum (p. semihor.).

Quae cum littera (*H*) signata sunt symptomata, ab Ipso Samuele Hahnemanno, quibus nulla littera est adjecta, ab aliis medicis homoeopathicae doctrinae addictis, praesertim Experientiss. Grossio, observata sunt. St.

10 Cephalalgia in syncipite obtusa, palpitans, maxime inter standum.

Tensionis sensus in cute faciei et proclivitas ad contractionem et corrnigationem frontis musculorum.

Constrictio pupillorum cum inquietudine quadam (ad 16 usque hor.). *H.*

Oculi quasi hebetiores, eorumque, cum diu rem intuitus est, dolor premens ut a languore. *H.*

Ante somnum captum dolor oculi sinistri exedens, quasi a sorde, pulvere seu insecto illapso, oculis lacrymantibus.

15 Oculi lacrymantes et stillantes in aëre.

Dolor in oculis pulsans.

Pressio in palpebras quamquam clausas.

Pupillae modo magis modo minus contractae.

Sonitus in aure dextra et sensatio, quasi membrana laxata esset cum auditu obtuso (quasi auribus captus esset); sonitus et laxatio cessant inter quamquam deglutitionem vehementiorem, sed tamen per momenta, tumque statim redeunt. *H.*

20 Glocitatio et fragor crepitans in aure et musculis colli lateralibus, externe manu percipiendus. *H.*

Tenesmus in aure sinistra cum pruritu levi, digitum auri immittere invitante.

Dolor trahens, quasi torporificus secundum nasi radicem, in apice nasi formicationem creans.

Sensatio trahens et turgescens in maxilla inferiore dextra usque ad tempora dextra. *H.*

Dolor dentium (cariosorum) diruens, elongatio, vacillatio (p. 12 et 24 hor.).

25 In dentibus sinistris maxillaribus et superioribus primis; dolor cum frigoris sensu conjunctus, affluxum salivae excitans.

Amaror nonnisi escarum, adeo dulcium. *H.*

Sapor in ore acidus.

Fames sine appetitu. *H.*

Appetitus vehemens, attamen cito cibi saporis jucundi nauseam ei movent.

30 Eodem tempore quorundam fastidium (v. g. escarum piuguium, fatuarum) et variorum appetitus; sed tamen parum edere licet, nausea statim inde creata.

Cibi non juste sapiunt, nauseamque statim commovent, appetitu haud sublato.

Vappiditas, nausea vomituriens. *H.*

Anorexia coffeae nisi sacharo condiatur probe. *H.*

Siccitas et siccitatis sensatio in ore, sine potulentorum appetentia. *H.*

35 Pressio ventriculi, quasi cibo admodum completi (p. semihor.) *H.*

Post pastum hypogastrium inflatum et nisus ad alvi exonerationem.

Plenitudo ventriculi, quasi a nimia siccitate, subsequa interdum somnolentia (ab 8 ad 12 hor.). H.

Constrictionis sensatio in ventriculo, simul cum nausea (p. semihor.). *H.*

Nauseae in abdomine inferiore sensus (post 10 min.).

40 Palpitatio vehemens et numerosa in scrobiculo cordis glocitatio haud dolorosa (p. sesquihor.).

Hypogastrium tensum.

Inter inspirandum in visceribus pressio quasi fluido completa essent.

Tormina paulo post pastum meridianum; truncum inflectit, ut ea leniat; vehementissima inter standum. *H.*

Glocitationis turgescentis in musculis abdominalibus sensatio. *H.*

45 Tormina ante et inter sedes, alvo deposita cedentes. *H.*

Decessum flatuum tormina forcipantia antecedunt (p. 24 hor.). *H.*

Dolor forcipans in abdomine; admodum ad alvum exonerandam urgetur, sed frustra, intestino recto segni (p. 24 hor.),*). *H.*

*) Tenuia et fluidiora excrementa vel diarrhoea anodyna

Flatus in hypogastrio pectus petere, passim pressionem et tensionem efficere videntur. *H.*

Borborygmi in abdomine inferiore.

50 Tormina transversum supra hypogastrium obtusa, tenesmoda.

Pressio in vicinio umbilici, intestina quasi exprimens.

Tormina in umbilici regione.

Tormina vehementia circa vertebras lumbares, quasi in ipsarum substantia, alvi exoneratione aucta.

Tractio discindens in lumbo sinistro sub ultimis costis et in sinistro latere abdominis inferioris commode supra os pubis; fodit in intestinis.

55 Sedes diarrhoicae, pultaceae; cum pituita. *H.*

Sedes pituitae griseae. *H.*

Excrementa pulti similia, acida; inter decessum eorum horror et post alvum depositam denuo nisus cum torminibus forcipantibus, in intestinis (post 6 hor.).

Post nisum alvum exonerandi crebrum excrementa discedunt tenuia, pulti similia, male olentia cum torminibus et statim post secessum tenesmi sensus — licet maxime contendatur, licet ad alvum exonerandam adsit impetus, excrementa abire detrectant — post aliquot tempus iterum excre-

---

minus inter effectus rhei primarios et praecipuos nunumeranda esse videntur, quam potius nisus colicus, interdum etiam frustrancus, sordes degeneratas exonerandi. Cum quae post rheum sumtum exonsrantur, plerumque sordes sint, dysenteriis autumnalibus rheum non mederi potest, (quamquam similia his moveat tormina), longe praeterea discedentibus et ceteris rhei symptomatibus a morbo isto epidemico peculiaribus.

tiones alvi sequuntur; cum tandem sella surrexit, impetus alvi exonerandi sensim pacatus, denuo multo vehementior fit, tormina etiam, cum alvi exoneratione, augentur.

Mane in lecto post experrectionem e somno, dum stragulum retegitur, tormina et flatuum decessus.

60 Inter movendum et eundum alvum deponendi impetus auctus.

Tenesmi species (p. 5 hor.).

Circa anum sensatio dolorosa, quasi a diarrhoea diuturna.

Sedes mucaginosae.

Dejectiones molles, tumque durae; antea et simul tormina vehementia (p. 24 hor.).

65 Inter eundum dolor premens in annulo abdominali, quasi ab hernia eruptura. *H.*

Punctiones crebrae, prurientes in glandula inguinali dextra. *H.*

Ardor urinae (p. 20 hor.). *H.*

Vesicae urinariae debilitas; inter mingendum pressione vehementi opus est, alias lotio haud abeunte.

Urina subflava, subviridis.

* * *

70 Lancinationes obtusae citae sub ultima costa, inter exspirationem et inspirationem (continuae). *H.*

Lancinatus singuli in pectore (p. 6 horas). *H.*

In sinistris, tum etiam in dextris pectoris musculis glocitatio crepitans et continua quasi a vesiculis. *H.*

Angustia pectoris; inter respirationem altam pectus non satis cedit, quasi pondus supprimens sub collo positum sit.

Supra sternum dolor premens et angustans, interdum etiam punctus singuli.

75 Tussis vesperi (p. 5 hor.).

Tussis cum pituitae exscreatione, per quinque minuta (circa 13 hor.).

Dolor utriusque papillae simplex, quem flatus ex hypogastrio efficere videntur. *H.*

Punctus in utraque papilla tenax. *H.*

Rigiditas in osse sacro et lumbis, ita ut trunco erecto incedere non valeat. *H.*

80 Musculi brachii inferioris quasi contracti, cum tremente manuum motu.

Ut a paresi sensatio in brachii inferioris latere inferiore.

Mane vulsio brachiorum et manuum omnisque corporis, per biduum continuum. *H.*

In articulationibus cubitorum glocitationis turgescentis sensatio, inter quietem et motum. *H.*

Dolor in pollice pungens et lacerans, vehemens (p. 3 hor.).

85 Caloris sensus et calor in vola manus.

Volarum manuum sudor frigidus, dorso manuum et reliquo corpore frigido (post 20 hor.).

Sudor volae, manibus compressis.

Lassitudo femorum, quasi nimis defatigatorum. *H.*

Vulsio singularum partium musculorum in posteriori femoris parte, manu oculisque percipienda, maxime dum porriguntur musculi, inter sessum atque attraheudum genua in decubitu. *H.*

90 Dolor tensive premens poplitis sinistri ad calcem usque. *H.*

In poplite glocitationis turgescentis sensatio, quam experiens quasi exaudit. *H.*

Glocitatio poplitis haud dolorosi usque ad calcem. *H.*

Rigiditas genu inter movendum dolorosi. *H.*

Tensio poplitis dextri lassa. *H.*

95 Glocitatio in crure interna petens, una cum horripilatione. *H.*
In pilâ pollicis pedis sinistri sensus crepitans turgescens. *H.*
Inter talum pedis anteriorem et tendinem Achillis dolor ardens, per accessus, ut a carbone candenti nonnunquam admoto (p. 8 hor.).
Dolor simplex omnium articulationum, inter movendum (inde a duodecima per plures horas). *H.*
Narcosis artuum, quibus incumbitur. *H.*

100 Gravitas totius corporis quasi e somno altissimo experrecti. *H.*
Oscitatio crebra.
Inter somnum manus supra caput protensae. *H.*
Ante somnum captum manus involuntarie supra caput protensae.
Somnolentia. *H.*

105 Inter somnum inspiratio stertorosa (p. 1 hor.).
Somnia nocturna, morosis, acerbis plena. *H.*
Somnia luculenta, tristia, anxia. *H.*
Somnus inquietus, ejulatorius, capite reclinato. *H.*
Infans noctu circum jactatur, pluries clamat et tremens narrat, viros adesse. *H.*

110 Infans pallida; inter somnum vagitus rixosus cum vulsione convulsiva digitorum, palpebrarum et musculorum facialium. *H.*
Inter somnum vesperi delirium, ambulatio in lecto, oculis clausis, taciturna, inter calorem corporis magnum. *H.*
Post experrectionem e somno diu sui non compos est. *H.*
Post somnum palpebrae materia purulenta conglutinatae, cum gravitate totius corporis. *H.*
Post somnum os internum muco foetido obductum, sapor putridus in ore et halitus foetidus. *H.*

115 Post somnum pressio in scrobiculo cordis, inter inspirandum per sternum propagata, in dolorem quasi a verberatione transiens. *H.*
Phantasia nocturna cum somno inquieto, quasi sui fere non compos ambularet, semi-somnians et semi vigil.
Somnia anxia de cognatis defunctis.
Mane post somnum inedia et per totum dimidium capitis anterius cephalalgia vehementer tensiva et distendens.
Horror sine frigiditate externa (circa semihor.). *H.*

120 Subinde gena altera pallida, altera rubra, sive utraque plene pallida. *H.*
Frigus et calor alternatim per bina minuta, cum lassitudine, anxietate et omnium rerum adeo cârissimarum fastidio. *H.*
Caloris universalis sensus sine siti (p. 2 hor.). *H.*
Calor totius corporis sine siti.
Calor manuum et pedum, nec tamen brachiorum aut femorum, facie minime calida. H.

125 Pulsus citus.
Faciei sudor frigidulus maxime circa nasum et os (p. 3 hor.). *H.*
Ex levi contentione sudor frontis et capitis. *H.*
Animi conditio quasi in comate.
Animus difficilis, labore inconstans.

130 Morositas taciturna.
Taciturnitas et apathia. *H.*
Segnities taciturna. *H.*
Vagitus cum morositate anxia. *H.*
Infans varia efflagitat importuno modo et fletu. *H.*

Observata medicorum allopathicorum.

Tormina et inflatio abdominis (*Baker* apud *Murray*, Appar. med. IV. p. 392.).
Lotium fulvum ut ab ictero et febribus acutis (*Murray*, l. c.).
Lac feminarum lactantium flavum, amarum (*Paulini*, apud *Murray*, l, c.).
Calor corporis cum inquietudine (*Murray*, l. c.).
Sudor colore luteo, odore rhabarberino (*Menzel* et *Tilling*, apud *Murray*, l. c. p. 390.).
Deliria (*Broklebsky*, apnd *Murray*, l. c. p. 396.).

Rhus radicans, s. toxicodendron.

(Tinctura e succo recenter expresso et aequalibus spiritus vini partibus mixto.)

Accurata hujus insignis et magni aestumandi medicamenti symptomatum recognitione et comparatione instituta, permultum potest observari, quod ei soli convenit. Unum hic modo liceat commemoremus effectum, (in perpaucis aliis medicamentis et in his nunquam tam eximie apparentem), quem certo miraberis: *tum enim mala et incommoda fortissima concitat, cum corpus vel membrum maxime quietum et quantum potest immotum tenetur.*

Contrarium rarius observes, quod nihil est aliud, nisi effectus alternans, scilicet incommodorum exacerbatio in corporis aut membri motu. Quae praeterea Rhoi tonicodendro peculiares insint vires, quisque ex subsequente, veritate fideque conscripto Rhois symptomatum indice inveniet.

Qui Bryoniae et Rhois symptomata diligenter inter se comparat, et magnam eorum similitudinem et insignem diversitatem in iis animadvertet. Quam manifeste est e. g. exacerbatio talium fere bryoniae

symptomatum, qualia in rhoe toxicodendro observantur, dum corpus movetur et eorum mitigatio, dum omnis abest motus: — maxime igitur haec (bryonia) ab rhois toxicodendri effectu differt!

Horum amborum medicaminum, sibi oppositorum et similium, symptomatibus collatis, facile potest colligi, quo factum sit, ut utrumque (quodvis scilicet suo loco) aptissimum remedium homoeopathicum epidemiae malignae esse potuisset, quae inde ab aestate anni millesimi octingentesimi decimi tertii terras, a belli calamitatibus maxime vexatas, devastabat. Nulla hujus typhi curandi ratio, opinionibus e pathologia et therapia vulgari petitis innitens effectu gaudebat gravioribus in casibus, (leviores sola naturae vis lente, quamquam difficilime sanabat); sed solum rhus toxicodendron, homoeopathicis rationibus adhibitum, et alternans cum bryonia alba (uti numero sexto ephemeridum Germanorum, Gotha, 1814) breviter descriptum est), hos aegrotos omnes sanare p o t u i t e o s q u e v e r e s a n a v i t, dum medici ceteri, de interna, quam opinabantur, hujus typhi nätura frustra decertaverunt et aegrotorum copiam ingentem ad patres migrare jusserunt. Quodsi unquam, certe hic vidimus homoeopathicae medendi rationis victoriam!

Magnarum toxicodendri portionum effectus ad hebdomadas sex sentitur, minorum vero ex earum parvitate minuitur. Hujus diuturni effectus causa aggravatio symptomatum homoeopathica (vid. Org. d. Heilk. §. 164.) per longius durat tempus, quam plurimorum reliquorum medicamentorum e regno vegetabili petitorum, ita ut, adhibitis etiam minutissimis dosibus, saepe tringenta sex horis post remedii usum mutatio

demum in melius animadvertatur. Ideo necesse est, ut, si qua alia, prascipue haec medicina ex lege homoeopathica accuratissime sit eligenda. Damna e toxicodendro morbo haud convenienter adhibito orta, saepè bryonia alba, nonnunquam etiam sulphur, vel camphora, vel coffea cruda, pro re nata, vincit.

Observationibus saepius repetitis et denuo institutis ductus, non possum non affirmare, succum integrum adeo non in malis chrouicis et in valida corporis constitutione tuto adhibendum esse. Solius altissimae attenuationis (decillionariae nempe, uti observatio diligens et per plures annos continuata me docuit,) fere nunquam gutta integra ad fortissimam dosin requiritur, sed potius parva, imo minima pars talis guttae acutis ipsisque chronicis malis. Rideant medici allopathicae praxi addicti, qui drachmas modo, scrupulos et ad minimum grana in medicaminum usu noverunt! Experientia tantum pura et observationes justae, sine ira et studio institutae, hac in re tam gravi, morborum scilicet sanatione, decernere possunt et debent.

Rhus radicans.

Symptomata.

Lecto relicto, ut ebria est et se casuram credit. H.
Obrutio capitis, ut neque stare, neque sustinere se valeat. H.
Vehemens vertigo, dum se in lectum confert, cum timore, ne moriatur (p. 10 hor.). H.
Vertigo, quasi in altum tolleretur, inter sedendum.
5 Vertigo; omnia circumgyrare eam videbantur, vehementius inter standum et eundum; inter sedendum etiam; (sed minus) inter jacendum vero plane nihil sentiebatur. H.
Inter eundum vertiginosus, titubans et vacillans in corpore, vertigine absente in capite. H.
Inter eundum semper labat dextrum versus.
Inter eundum sub dio sensus, quasi quid in capite circumageretur, vertigine tamen absente. H.
Sedendo caput tam stupidum, ut ebrii: resurgens tam vertiginosus, ut procideret et recideret. H.

---

*) Symptomata, tum a Hahnemanno ipso, tum a pluribus aliis melicis, homoeopathicae doctrinae addictis, praesertim Experientiss. D. Franzio, Frederico Hahnemanno et Stapfio, observata sunt.

10 Mane inter surgendum caput subtemulentum; vix pedibus se sustinere valet. H.

Obnubilatio et debilitas capitis. H.

Capitis debilitas; caput vertens, ideae plane evanescebant; post pronationem, non resurgere posse sibi videbatur.

Memoriae debilitas H.

Memoriae magna hebetudo; rerum proxime praeteritarum meminisse non potest; difficile rerum notissimarum et nominum recordatur; nonnunquam tamen earum distinctissime recordatur, sc. febris frigore non correptus.

15 Meditabundus videtur, ingenii tamen torpore premitur. H.

Inter eundum tam temulus, ut homines oculis obversantes non videat. H.

Defatigatus est; meditatio ei est oneri et loquela molestiae aut odio.

Stupor mentis; per plures dies vix se colligere poterat et paene stupidum se gerebat.

Postquam iverat, aut cum se incurvat, ei est, quasi in orbem ageretur; alioquin nihil sentit. H.

20 Idearum evanescentia ut a vertigine ante oculos; saepe ei omnes res abesse videntur. H.

Idearum evanescentia, e. g. cum numerum XII. scribere vellet, primam apposuit notam, secundae vero meminisse non potuit; cum papyrum manu teneret, animum attendere debuit ad ea, quae in manibus re vera tenebat. *H.*

Tardissime ideae procedunt.

Caput plenum et grave cum sensu, quasi in pronatione cerebrum procideret.

Caput obrutum est, ut ab ebrietate, mane (p. 12 horas). H.

25 Capitis dolor obtusus et susurrus in eo. H.

Capitis dolor cum titubatione, per totum caput; inter scribendum ideae evanescunt et memoria, neque eas revocare potest. H.

Obrutio capitis, pressio in temporum regione dex-

tra, et prope supra ac pone orbitam dextram depressio, ut ab onere. H.

In capitis agitatione sensus, quasi cerebrum solutum esset et ad cranium procideret.

In valido brachiorum motu capitis dolor premens in fronte, ut ab apice obtusa.

30 Pressio in temporibus; tanta in iis est gravitas, quasi quid dolorose deprimeretur. H.

Capitis dolor, quasi oculi exprimerentur, cum oscitatione et frigore sine siti. H.

Dum inclinat se, ei est, quasi non resurgere posset, impedimentum sentit in nucha, in pronatione est, quasi sanguinis copia in cerebrum influeret. H.

Gravationem semper aliquam sentit capitis, et in pronatione ei est, qnasi pondus ad frontem caputque deprimeret, cum faciei calore. H.

Capitis dolor extra premens pone sinistrum oculum. H.

35 Tanta capitis gravatio, ut id erectum tenere cogeretur ad leniendum ponderis in frontem prorumpentis sensum. H.

Gravatio et subtemulentia capitis, cum oculos vertit; ipse oculi bulbus dolet. H.

Capitis dolor, quasi cerebrum ab utrisque temporibus comprimeretur. H.

Capitis dolor vehemens, (antecedente calore nonnisi interno, solo in capite, labiisque siccis cum siti) quasi frontem displodens, cum gravatione insigni, praecipue cum ex aëre libero intrat in cubiculum, aut in expergiscendo e somno meridiano; simulac vero vesperi in lectum sese confert, capitis dolor evanescit. H.

Pressio superiores capitis partes petens in temporum dextro, vesperi in lecto, vehementior in quiete; ad quam leniendam mox sedere, mox lectum relinquere eum oportebat. H.

40 Lancinatio vera per caput transversum, vehementior in pronatione, vesperi ab hora V. usque ad tempus, quo sese in lectum contulit. H.

Capitis dolor; tractio in occipite et temporibus, cum pressione in oculis tam valida, ut mane hora quarta et dimidia lectum relinquere cogatur. H.

Occipitis dolor, qui, capite retroverso, cessat.

Expergefactus, dum oculos aperit, repente capitis dolor vehemens incipit, primum in fronte pone oculos, quasi cerebrum discissum esset, uti post crapulam e spiritu frumenti ortam, oculorum motione exacerbatus, tum in occipite, uti a cerebelli contusione; in temporibus vero sensus exprimens oritur. H.

Asceudeuti scalam in caput aliquid surgere videtur, omnes sentit in eo gressus. H.

45 Nonnunquam undulatio in cerebro, et inter eundum vacillatio in eodem. H.

Caput sibi nimis repletum et gravatum videtur, (cnm aurium tinnitu); quo in statu nonnunquam punctus in tempore sinistro sentiuntur. H.

Gravatio quaedam in capitis parte superiore, post eundum. H.

Punctus per quatuor minuta durans, in capite supra oculum, ex interno ad externum, inter eundum; postea nausea et plenitudo sequitur calidique quid ex interno ei assurgit. H.

Capitis dolor; singuli ictus in occipite horis pomeridianis. H.

50 Paulo post pastum lancinatio in capitis parte superiore, quo loco tacto, externus etiam dolor sentitur, nonnunquam dolor tensivus totum caput occupat. H.

Formicatio dolorosa in capite, quasi ab acu subtiliter pungente et fodiente. H.

Formicatio in loco quodam occipitis quasi apostema ibi formaretur locis pomeridianis. H.

Capitis dolor externus, contrahens quasi cutem, non aliter, ac si capillis velleretur; caput tamen tactum, non est dolorosum. H.

Capillitium, dum tangitur et dum capilli retro premuntur, valde dolet. H,

55 Caput dolet externe tangendo, ut furunculus. H.

Pruritus corrosivus in capillitio, in fronte, facie et circum os, ubi tuberculi, purpurae similes, erumpunt. H.

Habitus valetudinarius; facies collapsa, pallida; orbes caerulei circum oculos.

Facies deformata est, nasus acuminatus, latus sinistrum brevius, dextrum longius redditum videtur (p. 52 hor.).

Desquamatio cutis faciei.

60 Tumor capitis, colli et pectoris ad umbilicum usque.

Faciei rubor et sudor sine siti (p. 1 hor.).

Sub vespertinum tempus dolor in nuchae musculis, quasi partes narcosi affectae essent, et caput nimis diu erectum fuisset. H.

Ut nebula ante oculos versatur aliquid, oculis non recte uti potest.

Oculum dum vertit aut aliquid ei imprimit, bulbus dolet, vix eum vertere potest. H.

65 Oculus dolorose premitur, ut a pulvere. H.

Tensio et lancinatio in regione superciliorum et in ossibus zygomaticis.

Dolor oculorum premens, dum eos intendit. H.

Pressio in sinistro oculo, ut ab inflammatione, canthus internus ruber est et vesperi lema conglutinatus. H.

Dolor in oculis premens et stringens; vesperi. H.

70 Sensus ardens et premens in oculo, a tempore vespertino ad matutinum usque; mane, post surgendum e lecto, cessat. H.

Pruritus exedens in dextra palpebra superiore (fricatu cessans).

Sensus vulsionis simul et strictionis in dextra palpebra inferiore.

Mane albuginea rubra est et ardens in ea pressio; oculi progressi videbantur. H.

Oculi mane sunt rubri et pure conglutinati. H.

80 Oculorum inflammatio. H.

Oculi lippi et aquosi. H.

Vesperi oculorum lippitudo et dolor ardens in iis. H,

Seusus exedens in oculis; oculi mane lema conglutinati sunt. H.

Palpebrae in aëre frigido lacrimis salsis et corrosivis excoriati quasi sunt. H.

85 Siccitatis palpebrarum sensus, praesertim angulorum internorum. H.

Palpebrae siccae sunt et uti in dormituritione contrahuntur.

Vesperi (8 hora) gravitas, rigiditas et torpor palpebrarum, ut a paralysi, quasi palpebras vix movere possit.

Punctus infra oculos. H.

Palpebra dextra superior tumida esse videtur et premit; quod in aëre libero cessat.

90 In sinistra palpebra inferiore ad interiorem canthum versus, tumor ruber et durus, uti hordeolum, cum dolore pruriente per sex dies (post 43 hor.).

Dolor exedens ut ab acido acri in oculo dextro.

Visus debilitas; res pallidae existunt (ab aspersione digitorum tinctura Rhois concentrata observatum).

Pressio in osse frontis, quae magis magisque augetur et repente evanescit.

In osse interioris orbitae lateris ad nasum versus dolor ut a contusione. H.

95 Pulsatio dolorosa per noctem in aure interiore; otospasmus. H.

Ante aurem dextram sensus, quasi quid in eam inflaret aut projectum esset, H.

Sibilatus ante aures, ut a musculis. H.

Fragores duo vehementes, brevi tempore se excipientes, in aure sinistra, quasi tympanum dirumperetur, inter cubandum tempore obdormiendi meridiano, ita ut quoque impetu per-

terretur et tremens exiliret, postea vero mox somnum caperet (p. 4 hor.).

Narium haemorrhagia frequens, sola fere pronatione. H.

100 Narium haemorrhagia noctu (p. 4 hor.). H.

Narium haemorrhagia mane (p. 40 hor.). H.

Narium haemorrhagia inter screandum. H.

Sensus corrodens ad narium orificia. H.

Exanthema herpeticum circum os et nasum, nonnunquam cum dolore vulsorio et ardenter pruriente in eo (p. 24 hor.).

Exanthema crustosum prope sinistrum labii latus et sub ipso naso (p. 48 hor.).

105 Ardor sub sinistro narium orificio, ita ut halitus exire calidus videatur, quod aëre libero evanescit.

Mane, dum lectum relinquit, in dextro labii inferioris latere, locus vellicantis doloris, qui sensum talem profert, qualem sanguinis profusio (p. 48 hor.).

Labia arida et sicca, crusta rubicunda obsita.

Efflorescentiae conglomeratae, ab initio humore aquoso impletae, haud procul ab utroque labiorum angulo ad marginem labii inferioris; per se sensum secum ferunt quasi a sale corrodentem, in tangendo vero sensum movent, qualis ex vulnere tacto oritur.

Constrictio discindens in gena dextra.

110 In loco aliquo genae dolor secans; postea pruritus et punctio in eo, quae post scabendum cessat (p. 11 et 12 hor.).

Constrictio ardens in gena dextra cum dentium dolore premente in coronis trium dentium molarium.

Tempore pomeridiano crampus leniter ardens in gena dextra, quasi tota exulceraret; cutis genae valde calida et hispida fiebat, quasi exanthema ibi erumperet; e lecto surgere eum oportebat et magna laborabat siti. H.

In menti latere efflorescentiae, quae in apice pus

concipiunt et tactae modo dolorem ut ab instrumento secante impresso et ardorem efficiunt pertinacem. *H.*

Dolor maxillae articulationis prope ad aurem crampcides, in quiete et in motu partis, qui pressione valida in articulationem et calidorum usu lenitur. *H.*

115 Dolor in articulatione maxillae, uti a contusione, non aliter ac si frangeretur, in ejus motu (p. 1 hor.). *H.*

Inter oscitationem vespertinam spasmodicam, dolor maxillae articulationis, quasi luxetur (post 1 hor.). *H.*

In maxilla huc illuc movenda, stridor et fragor in articulatione (mane) (p. 12 hor.).

In quovis maxillae inferioris motu, et in ipso potando, fragor in auris regione (in maxillae articulatione).

Glandulae infra maxillae angulum sitae dolor, sine motu etiam, pressorio et fodienti similis.

120 Glandularum submaxillarium tumor, qui in deglutiendo punctionem movet.

Glandulae submaxillares durae, tumidae.

Vesperi (7 hora) pungens vulsio, ictibus singulis repetita, inde a temporibus usque ad utramque maxillam et dentium seriem, cum magna debilitate et dolore ut a contusione in temporum sinistro; oscitabatur; illico vero non obdormire poterat, timens, ne dolor rediret.

Frigus in ore clauso, quasi ventus frigidus intraret, cum susurro in aure sinistra.

Pressio in externo gingivae latere dentium inferiorum molarium et simul in humero ad sinistrum claviculae latus versus.

125 Noctu, (10 hora) dentium dolor vulsorius, usque ad caput penetrans; manu externe admota, mitigabatur.

Vulsio in dentis nervo ab inferiore ad superiorem partem, manu frigida admota, attamen nonnisi ad tempus, mitiganda.

Dentium dolor scindens et quasi ex vulnere oritur. *H.*

Noctu (hora secunda et dimidia) dolor intolerabilis, ardore conjunctus, uti ex vulnere, in gingiva usque ad dentium molarium radices, qno sese in lecto erigere cogebatur, cum ardoris sensu in corpore et praecipue in capite, cum frontis sudore. *H.*

In palatii parte extrema, ubi dentium series clausa est, dolor simplex scindens et pulsans, quasi ex ulcére éxisteret; in tangendo vero pungit, ut ulcus. *H.*

130 In interiore gingivae parte dentiûm anteriorum et in dentium periosteo pressio huc illuc vadens. *H.*

Dentes vacillant et subinde in iis formicatio dolorosa, uti in membro narcosi correpto. H.

Formicatio dolorosa in dente, quasi acu foderetur; dolor leniter pungendo-fodiens.

Dentes dolent in sola mordicatione et manducatione, quasi nimis longi essent et vacillarent, attamen tacti non dolent neque vacillantes apparent.

Dentes anteriores vacillant et dolent potu et frigido et calido sumto. *H.*

135 Dolor dentium anteriorum dum lingua offenduntur. *H.*

Vacillatio visibilis duorum priorum dentium molarium, amborum dentium caninorum et inferiorum quatuor incisivorum, cum dolore formicante tum etiam, cum non manducatur. *H.*

Dentium interiorum incisivorum laxitas; cum iis mordere nequit. *H.*

Vacillatio dentium inferiorum incisivorum validá; gingiva ab his dentibus hiat; deflecti et sine dolore tangi potest, excepto cum dentes dolent. *H.*

Pressio surda in dentibus inferioribus molaribus et in humero ad sinistrum claviculae latus.

140 Dentium dextrorum superiorum dolor, quasi eorum radices in alveolis retraherentur.
Dentium molarium inferiorum dolor; pressio acuta et dolor surdus, cum tali in ore sensu, qualem putredinis odor efficit.
Sensus inter dextri lateris dentes quasi aliquid tenacis iis inhaereret.
Sensus in inferiore maxilla, quasi gingiva comprimeretur ab utroque latere, cum sapore putredinis in ore,
Dolor crampoides in maxillae articulatione.

145 Aurium et maxillarum inferiorum glandulae durae, tumidae.
Aquae in ore confluxio, ita ut saepius exspuere eum oporteat. *H.*
Nisus exspuendi internus, quasi salivae multum in ore gereret. *H.*
In somno pomeridiano sedenti saliva ex ore fluit. *H.*
Mane pituita in lingua salsa est, et in lecto os suffusum et aqua salsa. *H.*

150 Per totam diem salivae et pituitae multum exspuere eum oportet; assurgit ei e ventriculo in os aliquid, quod saporis est acidi. *H.*
Sensus in tonsilla sinistra ut a raucedine et ut ex vulnere in deglutiendo (p. 6 diem).
Mane frequens pituitae screatus. *H.*
Mane solum multum screare eum oportet, et quo magis os purgat, eo copiosior pituita est in gula. *H.*
Salivae et pituitae in ore confluxus copiosus.

155 Siccitatis sensus in gula. *H.*
Fallax oris siccitas; siccitatis sensus eum siti vehementi.
Lingua non est obducta, sed valde sicca, quod ad bibendum incitat. *H,*
Siccitatis in linguae apice sensus (quamquam siccitas vera non potest conspici) unde sitim derivat. *H.*
Sitis et siccitatis sensus in ore potando etiam

non cessans, horis pomeridianis et post mediam noctem. *H.*

160 Pituita tenax in gula, quae brevi screatu solvitur, sed raucedinis speciem relinquit.

Tumoris sensus in gula. dolore quasi a contutusione conjunctus per se et in loquendo, in deglutiendo vero tumoris dolor est premens cum punctione, quasi quid acuti ibi infixum esset (p. 7 hor.).

In deglutiendo et oscitando punctum in gula sentit, quasi acum devorasset. *H.*

Validi punctus, primo obtusi, tunc acuti et vehementes, in gula et epiglottidis regione, extra deglutionem, cessabant enim per deglutionem.

Gula; cum sicca est, inter deglutiendum pungit, madida vero premit. *H.*

165 Inter deglutionem pressio in gula, tenuior inter deglutiendum cibos quam deglutione inani. *H.*

Sapor pituitosus in ore: os quasi pituita obsitum est.

Sapor acris amaro-acidus in ore. *H.*

Sapor in ore cupreus et raucedo usque ad intimam gulae partem. *H.*

Mane post expergiscendum e somno et post cibum captum sapor in ore putridus, at sine odore ingrato. *H.*

170 Sapor adiposus in ore; cibi vero saporis sunt justi. *H.*

Sapor in ore, ante meridiem, ut a carne putrida (quasi carne putrida stomachus corruptus esset); ciborum vero sapor justus est et gratus (post pastum sapor putridus non rediit). *H.*

Cibi justi sunt saporis (vesperi) pane excepto, qui saporis est asperi, sicci et horridi.

Eum taedet panis. qui ei est saporis subamari et horridi, et cujuslibet cibi.

Sapor putrido pituitosus in ore; saepius exspuere eum oportet. *H.*

175 Mane oris amaror, qui cibis captis abit.

Cerevisiae saporem non percipit.
Carnis et carnium juris taedium per plures dies.
Post lactis usum sapor acidulus os inficit. *H.*
Coffeae fastidium. *H.*

180 Lactis frigidi desiderium, quod cupide deglutit.
Vini poculo parvo exhausto, quasi repletus est; vini taedio corripitur simulque capitis gravedine.
Tabaci appetitus plane prostratus, nullum, tamen ejus fostidium. *H.*
Summus appetitus defectus per plures dies.
Appetitus prostratus; pauca edit, statim satiatur, fame tamen laborat.

185 Saepe cupediarum appetitus repentinus. *H.*
Tempore, quo fames normalis adesse deberet, summus appetitus defectus incipit, multum salivae saporis fatui et pituitosi in ore confluit.
Appetitus defectus in palato et in gula, cum ventriculi vacuitate simulque cum bulimia; quae sessu per breve tempus aufugit.
Subinde horror supra totum corpus ut a fastidio et nausea, sine frigoris sensu. *H.*
Appetitu caret, cibi vero ei justi sunt saporis; morsula tamen devorata, sapor putridus os inficit. *H.*

190 Plenitudo in regione infra sternum cum sensu, quasi appetitus omnis in omne tempus esset amissus, cibi mane male deglutiuntur ob internam plenitudinem. *H.*
Omnis omnino appetitus defectus omnium esculentorum, nil justi est saporis, neque pastus, neque potus, neque tabacum (p. 16 hor.). *H.*
Desiderio ciborum absente, cibum capit et bene sapit. *H.*
Quamquam cibi haud male sapiunt, eorum tamen appetitu caret et ventriculus semper repletus esse videtur. *H.*
Cibo modice capto, plenitudo et eructatio. *H.*

195 Appetitus exiguus, quamquam fames adest, cum sensu, quasi fames pectus inficeret.

Gravitas peculiaris in abdomine, quod plane vacuum esse videtur cum fame inter sedendum (p. 24 hor.).

Mane famem sentit, ad coenam vero progrediens, cibi ei nullius momenti erant.

Bulimiae species; simul sensus saponaceus ei est in ore; quidquid edit, straminis saporem refert et resurgit, et cibo perpauco sumto, appetitus statim aufugit et plenitudinem sentit. *H.*

Formicatio in ventriculo et vehemens eructatio, quae cubando solum minuebatur, post erigendum vero semper redibat. *H.*

200 Post pastum et potum eructatio inanis. *H.*

Eructatio e ventriculo, qui in dextro pectoris latere haerere videbatur, quasi ibi persisteret.

Vesperi frequens eructatio aeris et statim singultus, sine sensu aliquo subsequitur (p. 36 hor.). *H.*

Frequens eructatio, etiam esculentorum. *H.*

Eructatio quasi ardens. *H.*

205 Nauseabundus est et vomituriens, quasi in pectore, mane post surgendum.

Nausea, tanquam in gula esset.

Nausea in pectore cum bulimia, qua sedata, nausea evanescit.

Nausea iu ventriculo et vomituritio in pectore, quae pronatione augetur (p. 24 hor.).

Paulo post pastum meridianum dentium dolor (tensivus) in dente haud cavo (p. 30 hor.). *H.*

210 Post pastum languidus et vertiginosus.

Plerumque post pastum auxietas in abdomine cum flatulentia. *H.*

Post pastum meridianum (inter standum) tantam sentit debilitatem in capite et vertiginem, ut se procasurum crederet. *H.*

Statim post pastum immensa somni cupido, somnum vincere uon poterat. *H.*

Illico post pastum capitis dolor: tensio in toto syncipite). *H.*

215 Post cerevisiae potum capitis dolor; assurgit ad caput, quasi ardorem in eo efficeret. *H.*

Horror, praecipue post pastum. *H.*

Post pastum immensa abdominis distentio et dolor in ventriculo premens per plures horas, uti a cibis aegre digerendis. *H.*

Nausea, quae post pastum paululum leniebatur, mox vero redibat, cum fame sine appetitu.

Post pastum et potum colicus quasi abdominis dolor et nausea. *H.*

220 Post pastum et coffeae usum nausea et salivae in ore confluxus. *H.*

Mane, lecto relicto, calescit et deliquescentiam quandam sentit, quasi vomiturus esset; posteaquam lectum iterim occupaverat, nausea cedit. *H.*

Mane, lecto relicto, nausea cum anxietate aliqua, quae aëre libero sensim sensimque evanescit (p. 27 hor.).

Noctu inter somnum sese saepius erigit cum nisu vomituriendi inani. *H.*

Pressio tensiva e regione hypochondriaca laeva ascendens, cum anxietate et nausea in pectore,

225 Lenes motus in hypochondriis, ea cum anxietate in sessu prono, quam mors appropinquans excitare solet (p. 9 hor.).

Lenes motus in abdomine, quasi intestina versus cor tollerentur, in sessu (p. 25 hor.). *H.*

Mane salivae confluxus in ore cum vomituritione, quam fere vomitus sequitur, cum fame. *H.*

Vesperi pluries a cordis scrobiculo ad colli scrobiculum assurgit et spiritum fere per breve tempus ei intercepit. *H.*

Pressio in cordis scrobiculo, quasi tumidum esset, quod spiritum reddit difficilem (vesperi) aut ut ab morsula nimis magna devorata. *H.*

230 Angustia in ventriculo vesperi, quasi ad cordis scrobiculum omnia contraherentur (post 6 hor.). *H.*

Post pastum ventriculus uti a pondere pressus est, praecipue inter standum.
Arctationis sensus in scrobiculo cordis, quasi nimis angustum et plenum esset. *H.*
Vehemens pulsatio infra scrobicnlum cordis et in ventriculi regione. *H.*
Dolor pressim pungens in ventriculi regione (altam inspirationem impediens). *H.*

235 Dolor ventriculi, quasi moles in eo esset, gravis et molestus. *H.*
Inter cubandum abdominis dolor abest, at in sedendo dolet abdomen, quasi premeretur. *H.*
Dolor premens loco in parvo abdominis, quasi flatus ibi constipati essent, solummodo fortiori corporis motu, e. g. scalae adscensu, at non, dum tangitur.
Dolor forcipans in abdomine, inter sedendum, cum anxietate ascendente (p. 75 hor.).
Dolor forcipans in dextro latere infra costas, quae mox ad umbilici regionem tendebat, quasi a vermibus, in sessu (p. $2\frac{1}{2}$ hor.).

240 Mane, exiguo refrigerio, dolores crampoïdes in dextro abdominis latere, animo abjecto, gemente et solatii impatiente (p. 24 hor.). *H.*
Primum dolor in abdomine scindens, tum pnnctio in dextro ejus latere. *H.*
Dolor abdominis scindens simul et lancinans et forcipans, qui sine flatuum nota et sine flatulentia omnia intestina vexat, et in motu vehementior, in quiete vero sensim melior fit (post 24 hor.). *H.*
Abdominis distensio dolorosa, ut a multis flatibus clausis, paulo post pastum. *H.*
Inter normalem alvi exonerationem tormina vehementissima in abdomine (p. 25 hor.).

245 Dolor fodiens in dextro ventris latere.
Punctio ab umbilico ad cordis regionem, quasi radius adscenderet, quoque pulsus ictu repetita (p. $2\frac{1}{4}$ hor.).

Immensa abdominis distensio, statim post pastum, motus in eo erat ut a fermentatione. *H.*

Flatus foetidissimi. H.

Infra umbilicum dolor, uti a contusione.

250 Ardor in abdomine et sitis. H.

Dolor abdominis fodiens et torquens, quasi vermis in eo sese moveret. H.

In sinistro abdominis latere dolor tensivus inter respirationem. H.

Dolor et constrictio in abdomine, ita ut incurvata ire cogeretur. H.

Medio abdomine dolor scindens ante meridiem, inter quem alvum saepe dejicere eum oportebat, sedes vero normales erant; ventre curvato leniebatur, eundo vero angebatur dolor (p 24 hor.). H.

255 Constrictio visibilis in medio abdomine trans umbilicum, ita ut venter infra et supra hanc regionem contractam inflatus, durus et firmus tactui appareret (p. 8 hor.).

Tormina in sinistra umbilici regione, in sessu, inter exspirandum.

Stridor et fragor in abdomine cum ictibus ad montem Veneris (p. 85 hor.).

Plenitudo et fermentatio in abdomine, cum fame, quod utrumque post pastum evanuit.

Flatus vulsionem in abdomine movent.

260 Tormina et flatulentia in abdomine, flatibus haud decedentibus.

Inter eundum abdomen interne laxum esse videtur, et inter quemvis gressum vehementer concutitur.

Mane, statim post surgendum, in corporis extensione abdomen dolebat, ut ulceratum et tegumenta ejus nimis brevia videbantur (post 24 hor.).

In dextro abdominis latere sensus tensive premens, et in ejus cute sensus, quasi araneo obducta esset, inter sedendum (p. $\frac{1}{4}$ hor.).

In monte Veneris pressio et sensus, quasi distractus esset, in eundo sub dio.

265 In regione lumbari dextra tensio et punctio ejusmodi sensus, quem hernia progressa efficit; in eundo sensus ut a pondere, quasi apostema dependeret.

In dextra regione lumbari expressionis et extensionis sensus, quasi hernia oriretur.

Ante sedem quamlibet ardor in intestino recto. *H.*

Continuus ani tenesmus cum nausea et lancinante in intestinis dolore; saepe post tenesmum nihil, saepe aliquid excrementi aquosi abit. *H.*

Infans ante quamlibet sedem clamat; alvo soluta quiescit. *H.*

270 Sedibus peractis addominis dolores cessant, mox vero redeunt ad excitandas iterum sedes.

Tres, quatuorve sedes aquosae multis flatibus concomitatae (q. 24 hor,). *H.*

Diarrhoea; tormina ante quamlibet sedem (post 40 hor.). *H.*

Inter tormina et molimina validiora in abdomine, sedes crebrae, cito exeuntes, flatibus intermixtae, eximie foeteutes, ab initio crassiores, deinde vero aquosae (p. 3 hor.).

Saepius ad exonerandam alvum impellitur, at perpaucum modo excrementi emittere potest (p. 68 hor.). *H.*

275 Post sedem mollem varices in ano prostantes, vulneris instar dolentes: haemorrhoides caecae. *H.*

Dolor uti ex vulnere in ano; non inter sedem. *H.*

Diarrhoea saepe repetita per horam, sexaginta horas durans (p. 30 hor.).

Sedes pituita et sanguine mixtae, rubrae et flavae, effluentis gelatinae instar.

Sedes cito exorientes, tenues, fllavae spumosae, fere non foetentes, abdominis dolore non antecedente. Guttae primae involuntarie exeunt ut in paralysi sphincteris ani (p. 24 hor.).

280 Excrementa cohaerentia, attamen mollissima et albido-flava (post 45 hor.).

Inter standum, ad uterum versus tensio dolorosa, uti ad partum. *H.*

Dolor migrat per dorsum et in intestino recto tendit et premit. quasi ibi omnia progressura essent. *H.*

Pruritus et formicatio in imo intestini recti, uti ab ascaridibus. *H.*

Dolor ad anum pruriens, uti ab haemorrhoidibus. *H.*

285 Dolor urens in urethrae radice, inter mingendum. *H.*

Dum ad mingendum pellitur, ab utroque latere ad vesicam punctus sentit. *H.*

Dolor vehementer exedens in anteriore urethrae parte, tam inter mingendum, quam postea, continuus, plus in quiete, quam inter eundum.

Mane in surgendo, glandis tumor doloris simplicis in tangendo, simul dolor exedens in urethra, inter mingendum et postea (p. 12 hor.).

Interdiu saepissime eum mingere oportet. *H.*

290 Effluxus urinae validus (p. 14 hor.). *H.*

Ter per noctem, ut mingeret, surgere coactus est. *H.*

Inter minctionem eructat. *H.*

Urina calida et turbida. *H.*

Urina, dum redditur, jam turbida est. *H.*

295 Urina albida, turbida, quae albido-turbidior fiebat, quo diutius mingebat, ita ut guttae urinae ultimae turbidissimae essent, flocculis similes (p. 24 hor.).

Urina aquae instar, nivei sedimenti. *H.*

Dolor in glandulis inguinalibus, nonnisi noctu, lecto, cum se movet, in vertendo et erigendo. *H.*

Dolor simplex ad annulum abdominalem, quasi hernia progressura esset. *H.*

Punctus pungens intra praeputium (p. 9 hor.).

300 In praeputio interno juxta frenulum maculae rubbrae. *H.*

Praeputii tumor prope ad eam partem, qua conjunctum est cum glande. *H.*

Ad tempus matutinum vehemens penis erectio, cum magno mingendi impulsu.

Noctu crebra penis erectio, crebro urinae fluxu.

Impetus seminis emittendi non supprimendus, post 3 horam matutinam (p. 20 hor.). *H.*

305 Validum seminis profluvium, nocturnnm (post 6 hor.). *H.*

In sinistro testiculo tensio scindens.

Dolores quasi ad partum vehementes, vel quasi menstruatio illico inciperet, in intimo abdomine (illico — per 4 horas). H.

Punctio in vagina, tactu non aucta.

Vesperi, paulo post tactum, dolor in vagina, uti a vulnere. H.

310 Dolor in vagina, vulneris instar, vesperi, altera vespera repetitus. H.

Sanguinis ex utero profluvium (menstruum) (post 7 hor.). H.

Reditus menstruationis per longum tempus cessantis; copiose fluit.

Menstruationem per undecim menses cessantem etiam profert.

Menstruationis fluxus partium genitalium dolorem valde exedentem efficit. H.

315 Profluvium aliquod sanguinis ex utero gravidae, sine dolore, novilunii tempore (post 72 hor.). H.

Tertio menstruationis die mulieris vetustioris profluvium illico cessabat, ne quidem guttula ejus cernebatur. (Quinquaginta annos nata erat et menstruatine nimis tenaci laborabat, ita ut tribus postea diebus multis incommodis vexata esset. Suppressio igitur sanatio erat, rhoe toxicodendro, sanguinis profluvium valide movente.) H.

* *
*

Sternutatio frequens, vehementissima, fere spasmodica. H.

Raucedo in intima arteria aspera.
Inest in larynge aliquid asperi et horridi, quod raucedinem efficit. H.

320 Raucedo in gula et arteria aspera, quasi pectus asperum et sauciatum esset. H.
N a r i u m m u c u s c o p i o s u s s p o n t e p r o f l u i t, u t i n g r a v e d i n e a c c e r b i s s i m a, g r a v e d i n e t a m e n n o n e x i s t e n t e; m a n e p o s t s u r g e n d u m e l e c t o. H.
Vapor calidus e gula provenit (sive e pulmonibus). H.
Tussit et coryza cum pituitae ejectione.
Inter exspirationem frigoris sensus in gula: quasi halitus frigidus inde exiret.

325 Palpitatio cordis, in sessu quiete tam vehemens, ut corpus singulo pulsus ictu moveretur. H.
Punctiones aliquot fortes, pulsus rhythmo repetentes, supra cordis regionem, ita ut alto exclamare cogeretur, in sedendo vesperi (post 44 horas).
Sensus ingratus cordis debilitatis; cordis aliquis tremor.
Pruritus in mammis, in sinistra mammae papilla vesperi post cubitum in lecto. H.
Lac in mammis evanescit (p. 12 hor.).
Pectoris debilitas, ita ut vocis usus sit molestus; post ambulationem sub dio.

330 In pectore et in dentibus molaribus superioribus sensus deesse sibi videtur.
Trunci latus sinistrum ab humeri cavitate usque ad costarum inferiorem regionem tumidum est et dolorosum.
Angor pectoris premens, uti post fletum vehementem.
Pectus ei valde constringitur, et vomituriens et nauseabunda est.
Sensus in sterno constringens, cum ictibus pungentibus in eo. H.

335 (Mane in lecto) pectoris dolor, quasi sternum concuteretur, post surgendum cessabat. H.

Dolor leniter pungens et arctans in sterno, qui respirationem molestam reddit, tussi brevi et continua conjunctus, sine pituitae ejectione (p. ½ hor.).

Sensus pectoris constrictionis.

Vesperi tensio super pectus, spiritus angustissimus et omnium membrorum debilitas. *H.*

Noctu pectoris angustia cum doloribus pungentibus, praecipue in respirando (p. 5 hor.). *H.*

340 Spiritus angustia; praecipue inter alvi exonerationem. *H.*

Residere non potest, tam alte inspirare eam oportet, quasi suffocaretur; praecipue post pastum quemlibet. H.

Nausea vomituriens in fracostas breves, respirationem angustam reddens. *H.*

Anxia est, quasi respirare non posset. H.

In colli scrobiculo sensus quasi arteria aspera obstrueretur et constringeretur, per pastum potumque ad breve temporis spatium cessabat, mox vero redibat. H.

345 Post brevem ambulationem respiratio gravis fiebat. H.

Sensus raucus et urens in pectore, etiam cum non respirat. H.

Tussis brevis, anxia, cum dolore, quae ante noctem mediam somnum saepe intercipit, respiratione brevissima. H.

Tussis valde concutiens cum pituitae albae ejectione, die noctuque.

In bronchiis saepe stimulus titillans, qui tussi antecedere solet, respirationem angustiorem reddens et modico motu cessans. H.

350 Tussis titillans, praecipue vesperi, quae gulae siccitatem profert. H.

Tussis ingrata in pectore, tensione conjuncta. *H.*

Vesperi post cubitum, frequens screatus cum sa-

pore amaro, usque ad obdormiendum; et mane item screatus cum eodem in gula sapore usque ad resurgendum e lecto. H.

Inter tussim sudor per totum corpus. H.

Tussis anhela, qua caput concutitur. H.

385 Tussis totum pectus concutit, quasi omnia in eo soluta essent. H.

Inter tussim ventriculi dolor. H.

Inter tussim sapor sanguineus in ore, sanguinem tamen tussi non ejicit. H.

Noctu ob tussim, valde vexantem, male quiescit. H.

Tussis sicca ante noctem mediam, punctus in lumbo movens. H.

360 Tussis matutina, hora 3, post expergiscendum vehementissima. H.

Inter tussim punctus sinistro pectoris latere. H.

Ingratus caloris sensus in pectore, inter eundum sub dio. H.

In dextro pectoris latere usque ad dorsum medium, exanthema tuberculosum, quod instar loci saucii et deglupti dolet, cum punctis subtilibus partes externas petentibus. H.

In utroque sterni latere punctus alte penetrantes, inter sessum curvatum. H.

395 Vesperi punctio vehemens in sinistro latere infra costas, usque ad noctem mediam. H.

Punctus terebrantes in inferiorum costarum una, inter standum. H.

Punctus lancinans a dextro pectoris latere ad sinistrum abdominis latus, vesperi. H.

Punctus in latere inter eundum sub dio.

Nucha dolet in motu, ut rigida et extensa. H.

370 Pressio in nuchae musculis et in superiore nuchae parte, dum caput pronum dat; locus velut torpens est.

Totius colli rigiditas, ita ut, cum caput vertere vult, prae dolore cervicis alte queri cogatur.

Dolor in cervice ut ab onere plumbeo ob quem cubare non potest (p. 4 dies). *H.*

Dolor inter utrumque humerum lancinans, qui eos quasi contrahebat.

Vehemens dolor rheumaticus inter scapulas, neque quiete, neque motu mitigatus aut auctus, calore solum lenitur, frigore vero exacerbatur (p. 48 hor.). H.

375 Humerus sinister quasi paralyticus.

Punctus pressorii in dorso, fortiores inter eundum quam inter sedendum, in curvando etiam, magis vero in resurgendo. H.

(Vesperi) dolor tensivus in dorso; dolor inter eundum evanescit. H.

In sessu dolor constringens in dorsi musculis, reclinando minutus, pronando auctus. H.

Regio sacra in sedendo dolet ut a nimia dorsi pronatione et flexione. H.

380 D o l o r i n r e g i o n e s a c r a u t a c o n t u s i o n e, dum quietus jacet aut sedet; in motu nil sentit. *H.*

Regio sacra uti contusa et rigida.

Ictus pungentes in regione sacra (inter eundum).

Rigiditas ejusdem, in motu dolens.

Dolor ejusdem in tactu, quasi caro decussa esset. *H.*

Cum jacet in latere, coxa dolet, et cum in dorso jacet, regio sacra dolet. *H.*

385 Punctio in humero inter cubandum, motu cessans. *H.*

Punctio ardens infra sinistram humeri cavitatem, in brachio.

Tumor glandularum humeri, dolens et tactus et non tactus. H.

In attollendo, tensio infra humeri cavitatem ad medium progrediens.

Ab humero usque ad manum sensus, quasi quid solveretur. *H.*

390 In modica brachii intentione, tremit brachium. *H.*

In brachiis, inde ab humero, punctus tensivi. *H.*

In brachio superiore (inter standum) punctus terebrantes. *H.*

Punctus vehemens in dextro brachio superiore, quasi extrinsecus infligeretur.

In sinistro antibrachio, inter motum, dolor fodiens in in ossibus et vulsio in corpo dextro; totum antibrachium veluti rigidum est.

395 Lancinatio in utroque brachio superiore; vehementior inter laborem, brachia demittere erecta est; plus etiam dolet, dum jacet in lecto; et, dum tanguntur, dolor in ossibus sentitur. *H.*

Tensio et lancinatio ab ulnae junctura usque ad manus articulationem. *H.*

Tensio in ulnae junctura, dum brachium extendit; brachium difficulter modo tollere poterat. *H.*

Punctio lancinans in carpo sinistro.

Manus dorsum fissuris est consitum et calidum; cutis dura, horrida et rigida. *H.*

400 Frigus, infirmitas et rigiditas antibrachii et digitorum, in eorum motu (post 25 hor.).

Ardor exedens in dextro antibrachio (p. 4 dies.).

Lancinatio vulsoria in ulnae et manus junctura, in quiete etiam, lenitus vero in motu (post 5—6 horas).

Dolor vehementer lancinans antibrachii dextri, dum quietus jacet.

Infirmitatis sensus in superiore dextri antibrachii parte, in motu, et in carpo dolor, ut in membro luxato, in arripiendo aliquid (post 27 horas).

405 Sensus in cute sinistri antibrachii, quasi panno laneo fricata aut cultro erosa esset, simul cum sensu frigido in ea.

In superiore sinistri carpi latere sensus, dum incurvatur, quasi luxatus esset.

Vesperi tumor calidus mannuum et faciei.

Tuberculosae pustulae durae in manibus, cum pruritu pungente et mordaci. H.

Supra mediam annularis digiti phalangem tuberculum inflammatum, doloris prurientis, urientis, (qui nonnunquam in punctum lentum abit) fricando et scabendo non delendi.

410 In carpo interiore et in inferiore buccae parte tubercula scabiei similia, ardenter pruriunt et scabendo finduntur.

Mane index et medius digitus alterius manus velut torpens est et uti narcosi correptus.

Involuntaria, non dolorosa utriusque pollicis vulsio introrsum flexa, manu solum imposita, e. g. in mensa (p. 24 hor.).

Sensus in digitorum apicibus, quasi sanguinis nimis repletae essent, frigido manus dorso (p. 9 horas).

Formicatio, torpori similis, in digitorum apicibus.

415 Sensus in sinistro indice, ut post narcosim.

L a n c i n a t i o in o m n i b u s d i g i t o r u m a r t i c u l a t i o n i b u s.

In utraque coxae junctura dolor premens inter quemlibet gressum et quasi paralysis musculorum femoris anteriorum. H.

In coxa dextra, macula rubra, plane calida, doloris urentis. H.

Dolor tensivus in natibus dextris prope infra os sacrum, qui, cum premitur locus dolens, cessat.

420 Constrictio crampoides in natibus sinistris et in femore sinistro. H.

In femoribus vulsio cum genuum tremore. H.

Punctus in femore extrinsecus. H.

Punctus terebrantes in femore inter standum. H.

Nonnunquam dolor in femore tensivus quasi, ita, ut se curvare cogatur, in surgendo e sella et stando, at non in sedendo (p. 96 hor.). H.

425 Cum post ambulationem consedit, tremoris et fragoris in genubus et poplitibus sensus. H.

In dextra regione inguinali tensio et lancinatio versus femur dextrum.

Dolor lancinans in media externa femoris parte, inter sedendum, motu evanescens.

In superiore dextri femoris parte ad regionem pubis versus, sensus talis, qualem in digitis distensis, si manus junctura emota aut luxata est sentias (p. 57 hor.).

Rigiditas praecipue genuum pedumque. H.

430 Tensio et lancinatio a genu usque ad pedis articulationem. H.

In genu latere punctio, quasi extrinsecus, inter eundum. H.

Vesperi, cum tibillia deponit, pruritus vehemens in poplitis tendinibus; scabendo dolor movetur. H.

Tensio in toto pede, paralysis instar, inter sedendum. H.

Mane in lecto valde pronus est ad extendendum femur et pedem. H.

435 Lancinatio in genu et articulatione pedis inferioris, vehementior in quiete.

Punctio proxime infra genu dextrum.

Punctio inter eundum, primum in interiore genu sinistri, tum dextri latere.

Frigus in sinistra tibia.

Vix progredi potest in plateis prae pedum rigiditate; titubat in platea semper ad dextram versus (ante meridiem).

440 In poplitibus et in suris tantum sentit pondus, ut pedes permovere nequeat. H.

Pedes ei tam ponderosi et lassi sunt, quam ei, qui longum fecit iter. H.

Horis pomeridianis: Inter eundum sub dio, magna lassitudo crurum, vix ea promovere poterat ob gravitatem et ob contritionem; per horam unam vero, cum sedisset, omnis lassitudo evanuit.

Inter eundum tensio in suris et sensus, quasi poplitis tendines nimis essent breves.

Vulsio in suris.

445 Pedum gravitas et tensio, cum sedet; in eundo vero lassitudinem modo sentit.

Crurum lassitudo molesta in sedendo, quae eundo aufugit (p. 36 hor.). H.

Tensio in genu, quasi nimis breve esset. H.

Crurum gravitas inde a regione proxima supra genu, ad inferiorem pedis articulationem, quare non potest stare, eundo minuta, sedendo non animadvertitur. H.

In sedendo nonnisi pedum languorem sentit, quasi sanguis in eos infunderetur. H.

450 Pedum lassitudo, ut aegre ascendere possit, quasi nimis celeriter cucurrisset. H.

Pedes quasi paralytici (p. 12 dies).

C r a m p u s i n s u r a p o s t m e d i a m n o c t e m i n t e r c u b a n d u m i n l e c t o et post eundum inter sedendum; genu curvato cessans. H.

Crampus in sura inter sedendum, qui post surgendum et in motu statim evadit (illico). H.

Proxime supra suram in poplitum tendinibus punctus, motu validiore, resurgendo a sessu et in tactu. H.

455 Pruritus pungens in sura sinistra.

In surae dextrae interna regione tensio, quae pedem inquietum reddit.

Sensus quasi surae cutis intensa esset, punctione interna conjunctus qui eundo aufugit.

Tensio crampoides in sinistra sura usque ad poplitem.

In sinistra pedis articulatione punctus sentitur, ut a cultro.

460 Punctus ardentes et caloris sensus in pedis dextri dorso (p. 4 dies).

Punctio lancinans in tibia, simul lassus est et fessus.

Cum post sessum resurgit, punctum sentit trans genu. H.

Noctu, pede pedi superimposito, dolor in tibiis,

quasi a fragore in iis; femora saepe huc illuc movere cogebatur, quam ob causam dormire non poterat. H.

Constictio crampoides in interno plantae pedis latere, quae pede extenso et sursum curvato cessat (p. 64 hor.).

465 Sensus tremori similis in brachiis et pedibus, et in quiete.

Inconsueta agilitas et vivacitas corporis, horis pomeridianis (die 3).

Glocitatio et pulsatio in pedis dorso. H.

Mane in pedibus formicatio, dum jacet in lecto, (et eo relicto). H.

Dexter pes inferior quasi mortuus et torpens; ligneus videbatur. H.

470 Tumor pedum, tactu non dolens; vesperi (post 45 hor.).

In inferiore parte tendinis Achillis pungit ut cultris, in tactu et in cubitu vehementius. H.

In resurgendo a sella in malleolo interno pedis dextri pungit. H.

In pedis junctura, ad malleolum versus, punctio spastica. H.

Mane in surgendo, pes dolet uti contortus et luxatus. H.

475 Dolor in dextra pedis planta, ad halucem versus, quasi in locum dolorosum continuo et pedetentim validius premeretur. H.

Tensio et pressio in pedis planta.

Punctio in calce, dum insistit. H.

Punctio brevis et urens inter pedis digitum minimum et sequentem, vesperi inter eundum, noctu etiam in lecto (p. 12 hor.). H.

Lenis punctio in pedis sinistri digito maxime et quarto.

480 Inter standum punctus ab haluce usque ad medium pectus internum. H.

Repetitio dolorum pernionum, mensibus tribus et dimidia prius quam anno praeterito; pruritus ardens in iis horis pomeridianis et ves-

pertinis; cum a fricando abstinet, pungit in iis, ita ut scabere eum oportet, et post scabendum tubercula oriuntur. *H.*

Mane, primo ingressu, dolor in utraque calce, quasi acubus incederet. *H.*

Clavus a calceo pressus, dolorem efficit urentem et ut ex vulnere (p. 3 horas). *H.*

Vespere punctio in pedis planta, quasi acubus incederet. *H.*

485 Punctio in loco corporis exiguo, quae post decubitum augetur. H.

Punctio in articulationibus, in quiete et in membri flexione; cessans vero ejus extensione, tactu, et nocte in cubando. *H.*

In ulcere formicatio. *H.*

Dolores anxii in membro aegrotante, quorum causa sedens gemit. *H.*

Dolor exedens cum aestu in ulcere, cujus causa lacrymatur et gemit. *H.*

490 Membra, quibus incumbit, praecipue brachium, narcosi corripiuntur. *H.*

Brachium quo inter somnum caput fulcit, narcosi corripitur. *H.*

Inter cubandum tensio per omnia membra.

Vesperi (hora 8) dolor continuo lancinatim tensivus, dum quieta sedet; ambulando vero abit dolor, (post decubitum nil amplius sentitur).

Articulorum dolores aëre libero pejores fiunt. *H.*

495 In descendendo rigidus quasi est, ambulando in planitie rigiditas cedit. *H.*

Cum e sella resurgit, rigiditatem sentit. *H.*

Rigiditatis sensus inter primum membri motum. *H.*

Lassitudo, inter sedendum validior, eundo minuta; in resurgendo vero e sella rigiditas valida percipitur. *H.*

Permagna extremitatum inferiorum lassitudo, maxime in quiete.

500 Extremitatum inferiorum debilitas paralytica, per

tres dies; summo labore sese trahens et lentus processit (ab humectatione digitorum cum aliquot guttulis Essentiae Toxicodendri fortis).

Inter ambulationem et post eam omnes ejus artus rigidi sunt et paralytici; in cervice simul ut a maximo pondere premitur.

Decumbendi desiderium.

Extra lectum manere non potest.

Magna infirmitas, quasi ossa dolerent; semper sedet, aut decumbit. *H.*

505 Inter frigus membrorum infirmitas; quapropter stare non poterat. *H.*

Totius corporis paralysis, omnibus in membris, vehementissime, post sessum, cum resurgere vult et vespere. *H.*

Postquam per horam unam sub dio ambulaverat, dolorem in pedibus sentit, et quasi immobilis exstitit, quod sedendo cessabat. *H.*

Pedes lassitudine correpti sunt. *H.*

Vesperi (hora nona) repentino virium lapsu corripitur, inter quem tamen mentis compos erat; cordis pulsum non sentiit, magis frigidus quam calidus erat; intus in corpore non afflictus sibi videbatur, animo erat tranquillo, vix vero progredi poterat (p. 48 hor.). *H.*

510 Labore aliquo peracto membra tremunt; ad peragendum laborem adhibita. *H.*

Diversarum corporis partium vulsio, extra articulationes.

Cupide manu res prehendit et tremuit.

Mane, dum lectum relinquit, vacillat nec erecta stare potest (p. 20 hor). *H.*

Maculae rubrae (magnitudinis lentis maxime) cum bullulis aqua repletis in medio.

515 Mane, dum jacet in lecto, dolor ut ex contusione eorum membrorum et juncturarum, quae opposita sunt iis, quibus incumbit. *H.*

Dum post ambulandum sedet, ad obdormiendum pronus est.

Mane, dum lectum relinquit, saepius oscitatur.

Mane valde oscitatur ut somnolentus, uti etiam vesperi. *H.*

Semper cubare cupit; dormituriens est; anxietas, inquietudo, labia sicca. *H.*

520 In somno diurno inquietus est; manus dormiens huc illuc vertit et digitis manibusque ludit. *H.*

Dum sese erigit, nausea. *H.*

Lassus est fessusque, cubandi desiderio laborat; sedere ei non sufficit. *H.*

Mane nec surgere, nec vestire vult.

Vesperi (hora 6) somno repente corripitur; ut vestes exuere non valeat, inter quem omnia membra ei sunt quasi paralytica. *H.*

525 Oscitatio tam valida et spasmodica, ut dolor in maxillae articulatione oriatur, periculo instante ne luxetur, mane, et omnibus diei horis.*).

Agrypnia ante noctem mediam; sudore interdum conjuncta. *H.*

Agrypnia usque ad noctem mediam sine ardore; vigil modo erat. *H.*

Noctu obdormire non potest; cum in lectum se confert, illico sudat sine siti, impeditur tamen, quo minus quiescat. *H.*

Ante meridiem, in lecto jacens, crampo laborat valde doloroso in utroque crure, qui neque curvando, neque extendendo crure, neque pedis planta adnitenda exstingui potest; per horam dimidiam (p. 12 hor.). *H.*

530 Vesperi non obdormire potest, ob magnam vigilantiam, ob iniquum ardoris sensum sine siti, (lecto relicto, frigore afficiebatur) et ob sanguinis aestuationem, arteriarum pulsationem et oculorum hallucinationem, quibus quasi nubes densae

---

*) Musculi colli manducatorii tunc tanto spasmo corripi videntur, ut maxilla inferior manu teneri debet, ne nimis depellatur. Quod symptoma ab Ignatiae semine etiam efficitur, et a polo magnetis arctico.

praeteribant; post mediam noctem quievit et bene dormivit. *H.*

Vesperi, dum lectum se confert, nauseat, nulla fruitur quiete in lecto et modo huc, modo illuc se vertere cogitur. *H.*

Inter somnum inquietum sese jactat, denudat et tegumenta removet.

Sero obdormit et se in lecto jactat.

Noctu magnis abdominis doloribus anxiatur (post 3 dies).

535 Nocte media propter dolorem abdominis vehementissimum, torminosum, fodientem, cum sensu lassitudinis et vacuitatis in cordis scrobiculo, et vomituritionis cito transeuntis, expergiscitur.

Noctu anxietate versatur; ei est lubido e lecto fugiendi, auxiliumque appetendi ob sensum molestum haud effabilem.

Vesperi in lecto, in pectore et in ventriculo nausea laborat, post obdormiendum cessante.

Per quatuor noctes integras somnia; in lecto remanere non poterat. *H.*

Vulsio in eo capitis loco, quo incumbit; noctu. *H.*

540 Noctu sapor turpis, amarus, saepius eam e somno excitat, cum siccitatis in ore sensu. *H.*

Sitis per noctem, appetitu bibendi absente, ore pituitoso. *H.*

Inter obdormiendum cardialgia vehementi afficiebatur, ob quam per longum tempus obdormire non poterat. *H.*

Simulac obdormire volebat, anxie de negotiis somniabat. *H.*

Vesperi inter somnum semi-clara voce de diurnis negotiis loquitur (p. 12 hor.). *H.*

545 Coma somnolentum, somniorum molestorum et continuorum plenum. *H.*

Post mediam noctem somnus inquietus, molestium et ingratarum idearum plenus. *H.*

Somnia de rebus, quas vespere antecedente audiverat et de quibus cogitaverat (p. 71 hor.). *H.*
Sub lucem expergiscitur animo irritabili et stomachoso.
Somnia terribilia, e. g. mundum igne perire; in expergiscendo cordis palpitatio. *H.*

550 Post horam tertiam nocturnam somnum recipere non potest, et capiens eum somniis intime movetur; post expergiscendum sensus, quasi non dormiisset. *H.*
Ore aperto dormit. *H.*
Noctu respiratio brevissima. *H.*
Noctu non nisi tergo potest cubare. *H.*
Noctu magna anxietas; lecto commorari non potest. *H.*

555 Ardoris sensus ingratus per totum corpus, noctu, sine siti. *H.*
Post noctem mediam somnus levis; inquiete se jactat ob molestum sensum quasi toto corpore flagraret, sine siti; quo in statu somniis vexatur, molestiarum ac laborum plenis. *H.*
Dormiens, mane, alta voce loquitur. *H.*
Noctu dormiens de negotiis loquitur, omnia vult abjicere et varia cupit. *H.*
In obdormiendo succussiones quasi a terrore, quasi grave quid ei e manu excideret. *H.*

560 In somno antemeridiano quoque horae quadrante concutiebatur uti a spasmo. *H.*
Inter somnum exspiratio alta est et sibilans; inspiratio auribus non percipitur. *H.*
Mane expergiscens, in lecto, capitis temulentiam sentit, quae lecto relicto mox cessat. *H.*
Mane, dum surgit e lecto horroris sensus. *H.*
Frigoris interni sensus in artubus, (v. g. ut in torpore digiti, aut in membri alicujus narcosi, aut in accessu paroxysmi febris intermittentis molestus frigoris sensus internus artuum partis corripit); nullum vero frigus externum sentitur. *H.*

555 Aër liber frigidus maximae ei est molestiae et aliquem cutis dolorem efficit quamquam ejus odium non adest. *H.*

Aër liber frigidulus ei est molestus (p. 4 hor.).

Ambulans sub dio, morositate vexatur, inter eundum obdormituro similis est.

Vesperi in lecto pedes rigidi haud calefaciendi, corpore ceterum calido (p. 3 hor.). *H.*

Cum recedit a fornace, illico horrore corripitur. *H.*

570 Frigiditas, inter quam labia sunt sicca et minor sitis quam fames adest.

In aëre libero frigido inter eundum, quamquam bene est vestitus, incalescere non potest, frigoris horrore laborat et siti vehementi; inter labia pituita haeret, a qua conglutinantur. *H.*

Vesperi frigiditas totius corporis in cubiculo. *H.*

Frigoris semper est impatiens.

Horror in tergo (illico). *H.*

575 Frigus concutiens, cum ex aëre libero in cubiculum calefactum intrat, sine siti.

Vesperi, (hora 5) frigus cum horrescentia in cubiculo, cum dentium dolore pulsatorio et salivae in ore confluxu, sine siti; vehementior horripilatio sub dio; tum in cubiculo calefacto, imo prope fornacem calidam horripilatio continua, siti vehementissima, cessante salivae fluxu; solo in lecto frigus secessit, siti tamen remanente; deinde somnus stupidus, capitis obnubilationi similis; mane adhuc siti et capitis obnubilatione laborat; lecto relicto, cessant (p. 6. dies). *H.*

Manus et pedes maxime sunt frigidi, per totum diem.

Frigus vespertino tempore, decumbere et obtegegere eum oportebat, posthac iterum calefiebat.

Vesperi (hora 7) frigus externum et frigiditatis sensus sine horrore et frigore externo tactu haud percipiendo, intus nullum frigus; potu frigidorum uti potest sine incommodo statim post decubitum ardor externus, inter quem lecto

tectus manere debet sine siti, ore aquoso et siccis labiis; tum circa mediam noctem exhalatio universalis, inter semisoporem et post mediam noctem sudor primum faciei, deinde capillitii et colli usque ad pectus.

580 Frigus in aëre libero sine siti.

Ambulatione sub dio peracta, horror ardorque sine siti, sudor leniter calidus totius cutis; manus volae maxime sudant.

Per totum diem nimio aestu interno laborat, externe vero friget, quamvis dum tangitur, justum prodit calorem; coffea internum calorem auget. *H.*

Frigus quasi forcipans in pedibus et inter scapulas; horae quadrante praeterlapso, multum caloris externi et dolor urens in sinistro brachio et in latere trunci sinistro, cum genarum rubore. *H.*

Vesperi frigus et aestus; facies ei valde calida esse videtur, genae tamen pallidae et tactui frigidae sunt, halitus vero calidissimus exit; (binis diebus subsequentibus, horis pomeridianis). *H.*

585 Facies ejus rubra est et ardorem sentit in cute, attamen calorem modicum prodit, dum tangitur. *H.*

Calor et magna sitis.

Febris vespertina cum diarrhoea; vesperi hora octava frigus, tum in lecto calor siccus per plures horas magna cum siti, cum torminibus in abdomine, cultris quasi intestina discindentibus, et diarrhoea inter calorem, per aliquot horas; postea somnus; mane diarrhoea repetitur (p. 24 hor.). *H.*

Febris vespertina, diarrhoea conjuncta (paroxysmus secundus); vesperi, hora sexta audita, frigus per unam horam (sine siti) omnes artus penetrans; tum primo ardor siccus; deinde ardor siccus, deinde ardor cum sudore vehementa per tres horas integras, cum siti; diarhoea merae pituitae inter abdominis tormina valida,

quam ani tenesmus sequitur et capitis dolor, pressio ab utriusque lateris temporibus ad medium et sanguinis congestio ardorque in capite (p. 88 hor.). *H.*

Febris: primo tempore antemeridiano dormituritio et oscitatio, parum abest, quin obdormiat, in eundo, angore pressus; tum sedes torminosae, deinde ardor immanis toto in corpore, (hora 10 antemeridiana) sine siti; visus sibi est aqua tepida quasi circumfundi (intermixtis tamen horripilationibus); aut sanguis ardens per venas fluere et nimis valide per caput transire idque deprimere videtur, cum dolore capitis pulsatorio; ad vesperam hora 7 frigus cum sensu, quasi aqua frigida per venas rueret; postquam lectum petierat et se contexerat, aestus eum illico invadit, noctu vero tensio aliqua a dorsi spina inter scapulas et in artubus, quasi eum oporteret se extendere et pandiculari; sudor matutinus. *H.*

590 Frigus in pedibus et inter scapulas; paulo post ardor in sinistro latere et in brachio sinistro (illico). *H.*

Febris: ad meridiem frigore febrili corripitur in omnibus artubus, cum capitis dolore vehemente et vertigine (ambulando paululum lenito); ad vesperam redit frigus, decumbere coactus est; noctu dormire nequit, vertigine haud cessante occupatus et sudore continuo affectus est (p. 48 hor.). *H.*

Febris (hora 5) post meridiem pandiculatio artuum, horror supra totum corpus, magna cum siti; manus frigidae sunt et facies rubraque; vesperi etiam in lecto horror; mane totum ejus corpus vaporaverat, in temporibus pressionem sentit. *H.*

Febris: (hora 6) post meridiem corporis calor cum capitis externo ardore et horrore supra corpus sine siti simul pandiculatio, tensio et lassitudo artuum et capitis dolor, temulentiae instar, et compressio in occipite ad latus ver-

sum; quo in statu tussis vehemens brevissimo spiritu et dolore gulae conjuncta, quasi tonsillae tumidae essent; lenis vapor per totum corpus tempore matutino. *H.*

Ardor in sinistro corporis latere et frigiditas in dextro, sine horrore. *H.*

595 Frigus in capite et in dorso, in anteriore corporis parte ardor. *H.*

Inter sudorem nonnunquam horror cum spasmis abdominis. *H.*

Primum vomituritio, cum ardore in capite et manibus, in reliquis vero corporis partibus frigus, tum inter vomituritionem frigus supra totum corpus. *H.*

Ardoris sensus, et externus ardor tactu percipiendus, venis tumescentibus, cum tali debilitate, ut reclinare eam oporteat, cum siti vehemente, frequcnte etiam noctu; postridie horror in superioribus corporis partibus, praecipue in brachiis. *H.*

Vesperi calor internus in fronte et in toto capite, qui externe, dum tangitur corpus, minus sentitur. *H.*

600 Aquae et cerevisiae magna sitis.

Vesperi calor haud normalis, praecipue in manibus, cum capitis dolore obtuso. *H.*

Ambulatione peracta domum reversus, calore et dore universali occupatur. *H.*

Ardor vehemens in cute cum vibratione in ea et sudore per totam noctem; cum manum e lecto protendit, tussis vehemens oritur. *H.*

Inter eundum in aëre libero, frigido, calescit, et totus sudore madet. *H.*

605 Sudor in toto corpore, facie excepta, calida tamen eadem existente (tempore pomeridiano) *H.*

Sudor totum corpus occupans, faciem etiam (post horae dimid.).

Sudor totius corporis, odore caseus et lassitudinem non efficiens, in somno, mane, ab hora 3 ad 4.

Mane in lecto sudor lenis totius corporis, capite excepto. *H.*

Sudor lenis vaporosus interdiu, inter quem obtectus esse cupit. *H.*

610 Cutis humida et et capilli madidi sunt. *H.*

Sudor nocturnus, praecipue circum collum. *H.*

Sudor ante noctem mediam. *H.*

Quotidie sudor validus matutinus. *H.*

Sudor matutinus acidi odoris, genis frigidis sudantibus. *H.*

615 Sudor lenis per totam noctem. *H.*

Mane sudor utriusque femoris. *H.*

Noctu vapor acris odoris, inter quem non madescit. *H.*

Sitis ipsis horis matutinis. *H.*

Sitis valida. *H.*

620 Sitis magna nocturna (ab hora 2 ad 5) quam vapor sequitur. *H.*

Adipsia. *H.*

Quaeque res minima stomachum feminae movet; aversatur colloquia.

Aegritudo.

Quodque negotium, quamquam exiguum, ei est molestum.

625 Terrore percutitur in obdormiendo, a re nullius momenti, quasi maximum malum ex ea metuendum esset. *H.*

Stomachatio etsi exigua excitat et auget symptomata quaedam, e. g. secessum sanguinis, menstruatione jam elapsa, etc. etc. *H.*

Tristis est et flere incipit, fletus causam haud noscens. *H.*

Lacrymatio involuntaria, sine animo ad fletum, cum fragore abdominis. *H.*

Hilaris esse non poterat, societas ei cordi non erat. *H.*

630 Tristitia, solitudinis et silentii amans (p. 10 hor.). *H.*

Melancholia, maestitia et angore laborat, quasi

malum instaret, aut quasi sola esset, ceteraque omniu emortua et tacita, aut quasi amico dilectissimo valedixisset; qui status pessimus est in cubiculo, eundo autem in aëre libero lenitur. *H.*

Intcr gulae siccitatem horribiles anxietates cum animi perturbatione. *H.*

Sollicita, anxia et tremebunda est (a die 10 usque ad 27.)

Virium inter lapsum anxietas, quasi mors instaret, potius post mediam quam ante mediam noctem. *H.*

635 Quamvis tristitia non correpta sit, tamen vitae taedio laborat, cum desiderio moriendi. *H.*

Anxietas: inter sedendum firmiter alicui rei inniti debebat, ob dolores contusionis et tractionis in membris. *H.*

Magis post, quam antemeridiem vera cordis anxietas; per noctis dimidium ob magnum angorem non dormivit et semper tam anxia erat, ut sudaret (p. 12 dies). *H.*

Ob inqnietudinem internam quiete sedere non poterat, sed se in sella huc illuc flectere omnesque artus paululum movere debebat. *H.*

Animus inquietissimus, angor et maestitia, ita ut cor ei corriperetur, cum respiratione impedita. *H.*

640 Per dimidium noctis vigil, pavida et anxia erat. *H.*

Tristis est, animo abjecto et ut desperatus. *H.*

Plena est cogitationum tristium; anxia et timida; qno in statu vires deficiunt, et per aliquot horas decumbere coacta est, ut vires recuperaret. *H.*

Opinatur, hostem eam veneno interficere velle. *H.*

Raro hilaritatis capax est. *H.*

645 Ineffabili modo anxia erat cum pressione ad cor et lancinatione in osse sacro. *H.*

Mane ab hora 3 amplius dormire non poterat, ma-

xime auxia, inquieta et debilis resurgebat, quo in statu semper tremebat, maxime quoad genua (cum sudore in tergo.). *H.*

Inter anxietatem molimina infra pectus sentit, quae id tantopere angustant ut difficulter spiret, nonnunquam altissime, quo facto liberius respirat; pulsus modo lentus, modo celer. *H.*

In diluculo vespertiuo angor et maestitia talis, qualis inest ei, qui de vita sua privanda cogitat; per horam unam. *H.*

Tristes cogitationes, quas exstinguere non poterat, eam metu et pavore repleverunt. *H.*

650 Cum de rebus ingratis cogitabat, ex hoc statu recedere non poterat. *H.*

Observata medicorum veteri disciplinae addictorum.

Vertigo (*Alderson*, in Samml. br. Abh. f. pract. Aerzte XVII. I.).

Vertigo vehemens (*Zadig*, in Hufelands Journal V. III.).

Cephalalgia per transversum frontem (*Alderson*, l. c.).

Faciei tumor vehemens; caput duplo crassius fit; species eresypelatis pustulosi quae aegrotum per quatuor hebdomades lectoaffixit. (Qui status ab exhalatione et carptura herbae Rhoïs radicantis provenit). — (*Van Mons*, apud Du Frésnoy, de Rhoë radicante, Halae 1801.).

5 Faciei et colli tumor eresypelatosus (ab exhalatione herbae) — (Annalen der Heilkunde, 1811. April).

Tumor magnus Capitis, faciei et palpebrarum, ita ut eas per 24 horas aperire nequeat. (*Du Fresnoy*, l. c.).

Tumor faciei insignis (*Du Roy*, Harbksche Baumzucht, II. S. 308.).

Tumor capitis in aliquot personis. (*Dudley*, apud *Du Fresnoy*, l. c.).

Tumor faciei, praesertim palpebrarum et auricularum; qui tumor cum ardore vehementissimo et pruritu intolerabili harum partium conjunctus est. (*Fontana*, in Edinburg, med. Comment. II. 11.).

10 Tumor primum labiorum et nasus, tum pallidus omnis faciei tumor; die tertia tumor faciei auctus cum dolore ardente, palpebrae clausae, oculi lacrymantes die quarta et quinta facies bullulis, aqua flava repletis, obsita, e quibus sponte displosis parum humoris manat; tumor faciei per octo dies, et sub mento diutius adeo substitit, tum vero squamis furfuraceis

Observata aliorum.

decidit. (Ab adspersione manuum cum succo toxicodendri). — (Annalen der Heilkunde, l. c.)
Palpebrarum Inflammatio. (*Du Fresnoy*, l. c.).
Nausea. (*Alderson*, l. c.).
Cardialgia. (*Du Fernoy*, l. c.).
Dolor vulsorius et forcipans in ventre. (*Alderson*, l. c.). — Diarrhoea (Ibidem).

15 Exanthema horribile in partibus genitalibus, tumor urethram obstruens, et mors. (Ab humectatione manus cum succo toxicodendri, et partium genitalium, ut putabat aegrotus, cum hac manu polluta contrectatione.) (Annalen der Heilkunde, l. c.).
Exanthema valde humidans in scroto, cum tumore obstruente glandis et praeputii. (A conspersione manus cum succo herbae) (Annalen der Heilkunde, l. c.).
Pruritus in collo et antibrachiis, (*Van Mons*, apud *du Fresnoy*, l. c.).
Sensus in brachiis, quasi aqua calida ea percurrat. (*Alderson*, l. c.).
Erysipelas, tumor, pustulae ardentes et prurientes in brachiis et manibus. (*Fontana* et *Alderson*, l. c.).

20 Dolor subtiliter pungens in membris totis vel solis in digitis. (*Alderson*, l. c.).
In latere interiore genu utriusque maculae striaeque rubrae et ardentes, bullis parvis, mox arescentibus obsitae. (Annalen der Heilk., l. c.).
Vellicationes membrorum; vellicationes singulorum musculorum. (*Alderson*, l. c.).
Pruritus ardens in diversis corporis partibus (*Dudley*, apud *du Fresnoy*, l. c.).
Formicatio valida in partibus paralyticis. (Nasse, in praefatione ad opus citat, *du Fresnoy*).

25 Tumor pedum et manuum. (*Alderson*, l. c.).
Pustulae nigrae, inflammatae et prurientes, quibus totum corpus brevi tempore obtegitur. (*Jos.*

Observata aliorum.

Monti, in Actis Institut. Bonon. scient. et arti II. p. 165.).

Exantbema porriginosum supra totum corpus (*Sybel*, in Med. Annal. 1811. Iul.).

Pruritus totius corporis, praesertim capillitii et partium genitalium. (*Du Fresnoy*, l(c.).

Macula nigra in loco, qui tribus diebus abhinc succo Rhoïs toxicodendri conspersus fuit. (*Fon-*

30 Succus Rhoïs toxicodendri cutem, quam tetigit, callosam veluti corium reddit; post aliquot vero dies loci isti obdurati desquamantur. (*Gleditsch*, in Beschäftigungen der Berliner naturforschend. Fr. IV. p. 299. — Etiam: *Dossie*, Institutes of experimental Chymistry, 1759.).

Debilitas magna. (*Zadig*, l. c.).

Lypothimia, in quinque personis observata, (*Sterard*, apud *du Fresnoy*, l. c. p. 204.) (ab inspiratione fumi ligni Rhoïs tox.).

Nonnulli continuo oscitabant. (*Shsrard*, l. c.).

Expergefactus e somno membra convulsive movet, et alte clamat ob cephalalgiam ingentem, e sensu in artubus, quasi violenter extendantur, orientem. (*Aldtrson*, l. c.).

Pulsus celer. (*Fontana*, l. c.).

Febris tertiana duplex cum ictero. (*Du Fresnoy*, l. c.).

Mentis confusio; moriturum se credit. (*Zadig*, l. c.).

Stapf.

Scilla maritima.

(Tinctura spirituosa e radice bulbosa Scillae maritimae extracta.).

Excidas e Scilla maritimae radice, quam maxime recente, partem 100 granorum pondus aequans; hanc in mortario contundendo et simul 100 guttas spiritus vini sensim addendo, ad pultem tenuem et aequabilem redigas, quam, aliis guttis spiritus vini 500. bene dilutam et commixtam, per aliquot dies quiescere patiaris; deinde vero liquorem pellucidum et subfuscum a sedimento defundas, hujusque tincturae guttas 6, cum spiritus vini guttis 94. diluendo et decies quassando attenuationem medicamenti primam ($\frac{1}{100}$) pares.

Efficientiae diuturnitas Scillae dosibus magnis propinatae 14 dies amplectitur; minorum dosium vis brevioribus temporis spatiis exspirat.

Murray et Tissot camphoram tamquam Scillae antidotum praedicant, quod mea cum experientia congruit.

Observata infra recensita novis adhuc multis locupletanda esse, lubenter concedimus; Attamen jam

haec, quae extant, symptomata sufficere videntur, ut rationes, quibus hactenus hujus medicamenti usus regebatur, dijudicare et emendare possis. Hunc in finem, quae nunc sequuntur, notasse juvabit.

I. Scilla maritima effectu primario magnum impulsum ad mictum (vid. symptomata 110, 111, 112, 117,), urinae secretionem copiosam (v. sympt. 118, 120, 122.), et urinam aquose limpidam (Sympt. 116, 117, 122.) gignit. — Sed effectu hoc primario et positivo Scillae finito, effectus secundarius ejusdem seu potius effectus organismi reactivus insequitur, qui statum efficaciae medicinali c o n t r a r i u m producit; i. e. impulsum rarum ad mictum et urinae secretionem imminutam (Sympt. 112, 114, 120 ad finem), lotii colorem saepius fuscum (Sympt. 119, 121.), et urinae excretionem valde exiguam vel omnino nullam, esto etiam ut stimulus fortis ad mingendum adsit (Sympt. 111, 115.).

Effectus ille scillae primarius causa fuit, quod jam veteres eam morbis oedematosis medendis adhibueriut; nimirum Aegyptis jam diu ante medicinae Graecae florem hoc remedium notum atque dicto consilio ab iis applicatum fuisse constat. Quum autem vera vires medicaminum indagandi via per plura annorum millia neglecta, ideoque discrimen inter effectum primarium et secundarium ignoratum fuerit, pauci tantum morbi oedematosi Scillae usu vere sanati, plurimi autem ejusmodi aegroti pessum dati fuerunt. Magnum semper initio curae erat gaudium, quod praeclarum hoc medicamentum tantam urinae copiam expelleret atque faustissimam exinde prognosim colligere non addubitabant. Nesciebant autem, hunc effectum diureticum ad efficaciam Scillae p r i m a r i a m solum pertinere ideoque in omni morbo, ubi status

contrarius adsit, palliativum modo auxilium afferre posse. Inde fiebat, quod in omnibus ejusmodi casibus enantiopathicis nihil proficerent, sed, dosibus quamquam crescentibus adhibitis, denique tamen effectum secundarium i. e. urinam paucam. fuscam, rarius atque rarius excretam, magno cum dolore animadverterent.

Pauci tantum e morbis oedematosis *) usu scillae vere et firme sanandi sunt, siquidem ii, quorum symptomata tum in genere tum praesertim quoad urinae secretionem symptomatibus scillae primariis simillima sunt. Multo frequentius autem species diabetis consumtivi occurrent, qui Scillae, quae effectu primario urinae secretionem auget, etiam quoad caetera symptomata respondeant ideoque remedium specificum in ea invenient.

II. Ex omni experientia mihi constat, vim illam Scillae, qua glaudulas pituitosas laryngis et bronchiorum ita excitat, ut pituita mobilior subtiliorque fiat et tussiendo facilius ejici possit, nonnisi ad effectum primarium hujus medicaminis pertinere. (Sympt. 135, 136, 144.). Elapso autem tempore hujus effecti primarii, organismus reagit et statum huic contrarium, i. e. pituitam tenaciorem in glandulis bronchiorum et tussim semper sicciorem gignit. (Sympt. 132. 134, 137 et 144 in fine.). Inde vero patet: Vim expecto-

*) Morbi enim oedematosi innumeram varietatem agnoscunt, oedemate ipso nonnisi singulum eorundem symptoma constituente. Quam ob rem denominatiouem illam hydropis, siquidem morbum quendam unicum, certum, stabilem indicare debeat, pro fictione pathologica summopere vituperanda declaramus.

rantem Scillae nullis in casibus, ubi plenitas pectoris, a pituita tenaci proveniens, chronica adest, auxilium radicale, sed palliationem solum affere posse. Secundum meam opinionem haec radix potius iis in malis, ubi secretio pituitae pectoris nimis copiosa adest, effectum vere salutarem manifestabit; et quidem *Weikard* jam ejusmodi Scillae usum commendavit.

III. Sapientissimi omnium saeculorum medici Scilla maritima adversus punctionem laterum, quae nonnullas intestinorum pectoris inflammationes comitatur, optimo cum eventu usi sunt. Experientiam quippe sequebantur, quamvis magnam illius radicis acritatem, quam non solum in lingua sed etiam in partibus interioribus, dosibus magnis datis, exercet, neutiquam ignorarent. Quid mirum, quod felicissimi in ejusmodi curis fuerint, quum Scilla maritima effectu primario tot symptomata in pectore hominis sani excitet, quae malis illis homoeopathice respondeant! (Sympt, 145. 146. 147. 150 — 158. (15) (16). Multo melius sic punctioni laterum acutae medebantur quam schola ordinaria, quae (uti nuperrime mos rursus invaluit) sola sic dicta antiphlogistica et crudelem sanguinis fusionem praescribebat, eo ipso autem calamitates innumeras gignebat. Imo, sapientiores illi medici multo frequentius punctionem laterum sanavissent, si Scillae symptomata genuina novissent et secundum haec ipsa casus remedii adhibendi accuratius eligere potuissent, porro si ab omni commixtione illius medicaminis cum pharmacis aliis abstinuissent, denique si Scillam non solum simplicem sed etiam justa dosi propinare calluissent. Mihi quidem plurimis in casibus guttam quintillionariae saepe etiam sextillionariae

dilutionis, vel partem adeo ejusmodi guttae aegroto administrasse, aptissimum apparuit.

Nota interpretis: Viribus Scillae maritimae indagandis praeter Hahnemannum ipsum operam simul dederunt, e discipulis septtm: Stapf, Wislicenus, Hartmann, Hornburg, Teuthorn, Becher, Walther.

E. G. a Brunnow.

Scilla maritima.

Symptomata.

Vertigo, quasi oblique casurus sit, dum mane e lecto surgebat (p. 48 hor.). *H.*

Debilitas capitis et alucinatio (p. 6 et 12 hor.). *H.*

Capitis obnubilatio (p. 3. sexagestmas). *H.*

Vertigo cum nausea.

5 Gravatio capitis, qualis post crapulam remanere solet, tum in occipite, tum in fronte, cum pressione.

Capitis dolor obscurus et bombitans, mane postquam e lecto surrexit.

Gravitas totius verticis, mane postquam expergefactus est.

Gravitas totius capitis, quasi fixum id tenere nequeat, inter sessum solum.

Pressio plana super totum caput, uti a pondere incumbente.

10 Pressio transitoria in occipite.

Dolor premens in loco parvo tuberis frontalis laevi.

Dolor arctans in ossibus capitis parietalibus (post ½ horae). *H.*

Dolor constringens in temporibus. *H.*

Dolor trahens, velociter transiens, a latere occipitis laevo versus dextrum directus.

15 Punctus vulsorius, a tempore dextro ad frontem usque tendens.

Punetus vehementer trahentes in tempore dextro; altera cerebri dimidia ab iis constringebatur. *H.*

Punctus in fronte dolorosi, singuli, cum tractione juncti, a latere laevo dextrorsum directi.

Tractio in tempore dextro, quae in punctum transit (p. ½ hor.).

Dolor tractim pungens et diuturnus in occipite, inter sessum.

20 Punctus lenti, dextrum frontis latus penetrantes.

Ictus dolorosus, tuberem frontalem laevum penetrans (p. 1 hor.).

Fluctuationis sensus in capite, dum id quassatur. *H.*

Capitis dolor pressim lancinans, quo tamen ingenii labores non impediuntur (p. 12 hor.). *H.*

Occipitis dolor lancinans.

25 Dolor ruens in fronte.

Verticis sensibilitas dolorosa et stupor internus, mane.

Pruritus in fronte et mento, quasi exanthema ibi erupturum sit; cessans inter fricationem, sed statim post eam revertens.

Punctus in tubere frontali dextro ad nasum usque penetrantes.

Facies alternans, mox valde collapsa, mox vivida; nec tamen aestus neque frigus adest.

30 Lineamenta distorta er intensa, oculi magni et horridi, genae rubrae.

Vultus rigidus.

Titillatio in angulo externo oculi laevi. *H.*

Pruritus oculi laevi (p. 24 hor.). *H.*

Sensus constringens in oculo dextro. *H.*

35 Pupillarum dilatatio fortis (post 2 sexagesimas). *H.*

Pupillae contrahuntur (p. 5 hor.). *H.*

Palpebra superior oculi laevi quasi tumida est et aliquantum dependet, quo fit ut oculus laevus minor dextro appareat.

Oculi per aliquot tempus veluti aqua frigidula natare videntur.

Pupillarum contractio fortis, statim.

40 Pupillae contractae, post horam dimidiam.

Pupillae angustatae, post horam unam.
Ardor subtilis in angulis oculorum externis.
Titillatio pungens in angulo externo oculi laevi.
Lancinatio vehemens in oculo utroque, quae pone bulbum oculi sentitur.

45 Punctus trahens in fronte, ad aurem dextram usque penetrans. H.
Dolores lancinantes in aure interna utraque. *H.*
Dolor lancinans pone aurem laevam.
Mucus nasi acer. *H.*
Intertriginis sensus in marginibus narium. *H.*

50 Exanthema super medium labii superioris, ulceris ad instar corrodens, madens et punctim pruriens. *H.*
Vesiculae in linguae superficie.
Punctus sursum directi in dentibus incisivis superioribus ambis, dum edit et bibit, esto ut cibi potusque calidi sint vel frigidi.
(Dolor glandularum maxillae inferioris (p. 3 hor.). *H.*
Rigiditas musculorum colli laevorum.

55 Pruritus pungens ad colli maxillarumque latera, fricando cessans per momenta, sed statim deinde revertens.
Pustulae plures in collo, fricando solum dolentes, quorum numerus usque ad diem septimum semper crescit (p. 4 dies).
Tractio et arctatio in musculis colli, etiam extra motum.
Cutis colli jam exigna fasciae collaris frictione dolet et locos snbrubros paeneque attritos monstrat.
(Omnia acidum et amarum sapere ei videntur). *H.*
60 Os viscidum et pituitosum.
Sensus scaber et radens in parte palati postica.
Sapor in palato qualis a rebus adustis excitari solet, tum inter masticationem ciborum, tum extra eam; cessans solum inter escarum deglutitionem.
Ardor in palato et faucibus.

Ardor radens in palato, sodae similis (p 5 et 6 dies)

65 Fames ingens (p. aliquot hor.).

Edendi appetitus continuus, etsi stomachum alimentis repletum esse sentiat.

Anorexia totalis; nihil omnino edere potest, quamvis saporem incorruptum habeat.

Anorexia, partim quia stomachus jam omnino repletus ei videbatur, partim quia cibi corruptum saporem ei reddebaut; enimvero alii adustum sapiebant, alii saporem fastidiose — dulcem excitabant, v. g. panis et butyrus, alii tandem omnis saporis expertes erant, v. g. caro et jusculum.

Sapor omnium rerum imminutus et quasi obtusus; appetitus paucus.

70 Sapor fastidiose dulcis omnium ciborum, praesertim carnis et jusculorum (p. 48 hor.).

Fumus tabaci, cui adsuetus erat, ingratum saporem excitabat,

Ructus inanes per plures horas (p. 1 hor.). *H.*

Ructus breves.

Ructus saporis fastidiosi.

75 Post prandium: Ructus, saporem ciborum assumtorum reddentes, cum nausea vomituriente.

Ructus cum nausea.

Stimulus ad vomendum, in regione stomachi.

Nausea in parte faucium postica, et salivae in ore confluxus paene continuus (p. 48 hor.).

Nausea vomituriens in scrobiculo cordis cum moliminibus diarrhoeicis continuo alternat; haec tamen praedominant.

80 Arctatio dolorosa in scrobiculo cordis,

Punctus subtilis in scrobiculi cordis latere laevo.

Pressio per intervalla in scrobiculo cordis.

Borborygmorum volutatio et tumultus in abdomine, sine dolore.

Tormina in abdomine.

85 Tormina et borborygmorum volutatio in abdomire, flatuum secessu subsequo.

Flatuum constipatio et tormina in abdomine, nullo istorum secessu subsequo.
Volutatio et tumultus borborygmorum in abdomine supra regionem pubis, per intervalla obtinentes, incedendo et stando frequentiores quam sedendo, post pastum vero velociter et omnino cessantes.
Sensus vacui in abdomine, uti esurientis.
Dolor pressim pungens in latere laevo musculorum abdominalium (p. 24 hor.). *H.*

90 Sensus in musculis abdominalibus lateris dextri, quasi a fonte ibidem glocitante proveniens.
Tormina in abdomine post 14 horas, quae postridie eadem hora redeunt, flatuum secessu lenita tandemque sublata. *H.*
Dolor trahens in abdomine, incedendo auctus, comprimendo non leniendus (post 28 hor.). *H.*
Lancinatio per abdomen transversum, infra umbilicum (p. 4 hor.). *H.*
Dolor sensibilis in abdomine, inter umbilicum et regionem pubis (quasi remedium purgans asscumtum sit) (p. 2 hor.).

95 Abdomen tensum, tactui tamen molle.
Tormina discindentia in abdomine.
Sensibilitas dolorosa abdominis, tensi quidem, attamen mollis tangendo.
Borborygmus sonorus quovis abdominis tactu editus.
Flatuum secessus frequens (p. 2 hor.).

100 Flatuum foetidissimorum secessus (p. 1 hor.).
Secessus continuus flatuum foetidissimorum, tumultuantium, quibus tamen abdomen per momenta solum allevatur.
Sedes pauca, dura; vesperi (p. 12 hor.).
Sedes quotidie admodum dura.
Sedes pultacea, sine ventris dolore.

105 Sedes diarrhoica sine dolore vel pressura, faecum fuscorum, penitus tenuium, pituitosorum, et foetidissimorum, ascaridibus et fibrulis albis multis, informibus, mixtorum.

Diarrhoea ab hora secunda post mediam noctem usque ad horam septimam, tanden omnino aquosa.
Obstructio ventris per plures dies.
Ani prurigo. *H.*
Punctio in ano, eundo (p. 8 dies).

110 Pressura magna ad mingendum et alvum dejiciendum. Simul cum primo mictu sedes tenuis sine torminibus, post 10 sexagesimas; idem fiebat simul cum secundo stimulo ad mingendum.
Post mictum pressura ad mingendum, urina nulla praesente; per 3 dies. (p. 5 hor.). *H.*
Urinam pauciorem emittit; per 3 dies.
Mictus creber, sed urinae copia non aucta, primis horis post medicamentum assumtum. *H.*
Impulsus ad mingendum rarus et urinae secretio imminuta (p. 20 hor.). *H.*
115 Impulsus fortis ad mingendum, sed urina paucissima (p. 40 hora). *H.*
Impulsus continuus, attamen inanis, lotium mittendi (p. $\frac{1}{2}$ hora).
Urina a q u o s e - l i m p i d a secernitur (p. $\frac{1}{4}$ hor.).
Pressura vehemens ad mingendum et excretio urinae multo c o p i o s i o r i s ac solito, et a q u o s e - limpidae (p. 7 horas).
Urina subrubra quae sedimentum ejusdem coloris deponit; copia urinae ceteroquin ordinaria et impulsus mingendi modicus; (p. 20 hor.),

120 Horae quadrante post medicamentum assumtum elapso, urinam ob nimiam ejus copiam retinere nequit; invito ipso secessisset, nisi eam mittere festinasset. Hic status per duodecim horas duravit sed post 24 horas mictio rarior et urina paucior quam ordinario fuit. *)
Urina fusce-flava, haud copiosa, floccos deponens

*) Haec persona experiens alias quotidie bis solum modicam urinae copiam mittere solebat.

postquam per aliquot tempus in vaso substitit; (p. 8 horas). *).
Mictio crebra urinae aquose-limpidae (p. 1 hor.).
Punctus in glande obtusi, angorem excitantes, *H.*
Punctio ad orificium urethrae et paullo retrorsum (p. 24 horas).

125 Dolor pungens in urethra, inter pressuram ad alvum dejiciendum (p. 5 dies).
Dolor comprimens in testiculis. *H.*



Coryza cum naribus ulceratis, H.
Gravedo. H.
Sternutatio continua et coryza. (statim).

130 Coryza mordax cum sternutatione crebra (post 48 horas).
Eruptio coryzae vehementis, mane sexti diei post scillam assumtam. Septimo die: Oculi turbidi, languidi et aqua impleti.
Titillatio interna in regione cartilaginis thyreoideae, tussim movens, qua titillatio tamen non sedatur sed augetur. H.
Cogitur saepe spiritum alte ducere, quae respiratio alta tussim gignit. H.
Titillatio frequens sub cartilagine thyreoidea, qua tussis brevis, sicca, quatuor vel quinque ictibus consistens, excitatur. H.

135 Tussis ab initio screatu stipata. H.
Excretio continua screatus pituitosi. (p. 2 hor.). H.
Tussis sicca vehemens, quae dolorem concutientem in abdomine et siccitatem in faucibus gignit H.
Inter tussim et incessum: Dolor in latere abdominis, quasi intestinum quoddam propupturum sit. H.

*) Effectus salutaris fuisse videtur, quoniam haec persona experiens alias urinam nimiam secernere solebat.

Titillatio lenis in superiore laryngis parte, qua tussis aliquoties excitatur; (post 1 hor.).

140 Spiritum lentius et difficilius ducit et reddit.

Angustia pectoris cum respiratione frequentiore et celeriore, nec non anxietate dum angustia pectoris durat.

Angustia pectoris cum punctione in eodem, quae dum aërem inspirat, molestissima est,

Arctatio pectoris.

Mane sexti diei post scillam assumtam: Tussis vehemens, punctibus in latere quemvis ictum tussis comitantibus, screatu subsequo. Diebus quinqne antecedentibus vix tussis vestigium aderat. — Mane septimi diei: Tussis cum screatu pituitoso, copioso. — Nono die: Tussis cum screatu imminuto; quivis tussis ictus pressionem dolorosam, extrorsum directam, in cavo pectoris, et constrictionem dolorosam in musculis abdominis concitat.

145 Punctus vulsorii, dum aërem inspirat, in utroque pectoris latere prope sternum. (p. 24 hor.). H.

Punctus lati et prementes, dum aërem inspirat, sub costa ultima utriusque lateris per duos dies. H.

Punctus lati, obtusi in costa infima lateris laevi, quibus e somno expergefit. H.

Dolor trahens, in pectore. (post 8 — 12 hor.) H.

Punctus trahens, ab costa vera infima ad humerum usque. (post 46 hor.) H.

150 Dolor comprimens et in punctum transiens in dextro pectoris latere. H.

(Dolor comprimens in dextro pectoris latere sub bracchio, qui inter pronationem in dolorem pulsantem transit; pars tacta dolebat, quasi caro ibi decussa esset). H.

Punctus in costis veris utriusque lateris simul.

Species punctionis laterum.

Punctus constringens in latere laevo (p. $\frac{1}{4}$ hor.).

155 Punctus continui in medio cartilaginis sterni.

Punctio laterum identidem revertens.

Punctio ingens prope sternum descendens, ita ut summa difficultate spiritum ducere possit.

Punctus acuti in fine claviculi, humerum versus, inter aëris inspirationem et exspirationem. H.

Pressio in utroque thoracis latere, a cavo humeri ad abdomen usque, praesertim inter inspirationem aëris (post 2 hor.).

160 Rigiditas cervicis post 12 hor.).

Dolor rhevmaticus musculorum colli lateralium. H.

Sudor in cavo humeri. H.

Sensibilitas dolorosa cutis per dorsum transversum, ab altera coxa ad alteram pertinens (post 6 dies).

Tractio non dolorosa in scapula laeva.

165 Vulsio dolorosa in scapula laeva (post 8 dies).

Erumpit in dorso exanthema pustularum rubrarum, in apice pure impletarum, quae extra fricationem pruritum pungentem, inter fricationem autem pruritum ardenter-pungentem excitant; quaevis pustula sequente die crusta tegebatur.

Motus convulsivi brachii laevi, inter standum. H.

Vulsio et palpitatio non dolorosa in muscnlis brachii laevi superioris.

Punctiuncula lenta in cute, ab humero ad medium brachii superioris usque pertinens.

170 Interdiu: Narcosis frequens manuum, si caput iisdem fulciebat, item narcosis extremitatum inferiorum, si crura decussatim posita tenebat.

In medio metacarpo manus laevae interdum dolor uti punctus ab acu illatus.

Dolor vulsorius transversim per juncturas manuum.

Dolor punctim trahens, a carpo manus laevae in digitos usque.

Punctio sensibilis in articulis manuum etiam extra motum post 8 dies).

175 Motus convulsi femorum et crurum, inter sedendum (post 24 hor.).

Conquassationis sensus in femoribus.

Lassitudo femorum.

Glocitatio, a parte femoris superiore ad digitos pedis usque uno tractu descendens. H.

Punctio in femore utroque, uti ab acubus.

180 Dolor trahens in musculis femoris utriusque (post 7 horas).

Dolor femorum trahens, per intervalla obtinens, inter standum et incedendum.

Dolor contrahens in poplite laevo quo genu inflectere cogebatur, inter standum. H.

Dolor trahens in crure. H.

Dolor ardens in pila halucis dextri, qualis in membris frigore adustis percipi solet.

185 Sudor digitorum pedis. H.

Loci attriti in membris.

Glocitatio, uti a fontibus profluentibus, in dorso, scapulis et brachio superiore laevo. H.

Dolores rhevmatici obscuri, continui, totum corpus occupantes quiete imminuti, motu aucti (post 6 et 24 hor.).

Extremitatum superiorum et inferiorum inquies continua; semper eas movere debet, ut aliquantum sublevetur.

190 Punctio mox in hac, mox in illa corporis parte.

Lassitudo (post 6 horas) H.

Gravitas totius corporis, ut a fatigatione (post 8 — 12 hor.) H.

Oscitatio frequens sine dormituritione (post 2 hor.)

Pandiculatio extremitatnm superiorum cum oscitatione, sine dormituritione (post 1½ hor.).

195 Agrypuia. H.

Dormiturit vespere aliquot horas ante solitum tempus.

Somnus inquietus.

Expergefit saepe e somno et in lecto se jactat.

Jactatio in lecto.

200 Somniat, corpus suum ad ingentem molem intumuisse; quod somnium tam vividum fuit, ut

expergefactus semet tangeret, veri comperiendi causa.

Hora prima post mediam noctem expergefit cum anxietate et nausea vomituriente, atque aliquoties alte respirat.

Mane expergefacti lassitudo, praesertim in femoribus prope coxas.

Pulsus parvissimus et durissimus, chordae adstrictae similis.

Aestus faciei, magis internus quam externus, (sine siti), motu corporis auctus; reliquum corpus minima denudatiore horret. H.

205 Aestus et rubor faciei, praesertim inter motum minimum et locutionem (post 10 hor.) H.

(Aestus corporis siccus, et internus et externus, sine siti, per tres horas (post $\frac{1}{2}$ hor.); deinde aestus internus solus). H.

Aestus capitis, pedibus simul frigidis.

Quovis pomeridie: aestus corporis sine siti; pedibus frigidis.

Vespere: Horror cum siti, sine aestu.

210 Horror toto corpore, cum aliqua cutis frigiditate (post 6 hor.).

Inter incedendum, dorso bracchiisque friget, adeo in conclave calefacto; minime autem inter sedendum.

Manus gelidae, licet in conclave calefacto commoretur (post $1\frac{1}{2}$ hor.).

Manus pedesque gelidi, reliquo corpore calido (post $1\frac{1}{4}$ hor.).

Pedes gelidi.

215 Tempore pomeridiano sexti diei post Scillam assumtam: Aestus internus magnus toto corpore, per aliquas horas, sine rubore externo et sine siti. — Nocte eundem diem sequente: Frigus internum cum aestu externo, sine siti. — Vespere septimi diei statim post decubitum in lectum: Aestus externus cum frigore interno.

Frigus, sed paulo post aestus toto corpore.

Aestus totius corporis (qualis a liquoribns spirituosis excitari solet), pedibus simul gelidis, sine horrore vel siti vel sudore.
Aestus sensatio toto corpore, sine siti et sudore (post 2 hor,).
Stomachatur ob minima quaelibet. H.

220 Pigritia cum aversatione laboris ingenii cujuscunque, mane.
Morositas et aversatio ab animi exercitationibus.
Taedinm omnis negotii; frigidum erga alios se gerebat, quaestionibus non respondebat.
Mens cogitando haud idonea et afflicta (p. 1 hor.).
Animi anxietas, mortis timor.

Observata medicorum veteri disciplinae addictorum.

Anorexia completa. (*J. H. Schulze* et *Schroeter*, Dissertatio, Asthma radicis scillae usu sublatum, Halae 1735).

Scillae usus appetentiam ciborum adimit. (*Bergius*, Materia medica, p. 278).

Vomituritio ingens. (*Tissot*. Epist. med. pract. edit. *Bald.*, p. 207. — *Muzell* Wahrnehm. II. p. 34).

Nausea vehemens. (*Muzell*, l. c. — *Bergius*, l. c. — *Cohausen*, commerc. lit. Norimb. Vol. XII. sect. II. cap. 34).

5 Vomitus. (*Muzell*, l. c. — *Cohausen*, l. c.).

Stomachi debilitas. (*Tissot*, l. c.).

Scilla vim digestivam stomachi corrumpit. (*Bergius*, l. c.).

Cardialgia. (*Zwelfer*, Pharmacia regia, p. 146).

Pressio in stomacho, quasi lapide gravetur. (*Schulze* et *Schroeter*, l. c.).

10 Stomachi dolor ingens. (*Lange*, Medicina dom. Brunsvic., p. 176).

Intestinorum inflammatio. (*Zwelfer*, l. c.).

Sedes sanguine tincta. (*Tissot*, l. c.).

Urina sanguinea. (*Tissot*, l. c. — *Caspari* Dissert. de scilla, p. II).

Hemorrhagia uteri. (*J. G. Wagner*; Observ. clinic., Lub., 1737).

15 Inflammatio pulmonum. (*Zwelfer*, l. c.).

Punctionis laterum species. (*Wagner*, l. c.).

Scilla maritima recens in manibus eam tractantium vesicas excitavit. (*Valentini* historia simpl. reform., lit. II. sect. 2. cap. 34).

Maculae rubrae parvae in manibus, pedibus, thorace, totoque corpore, quae in pustulas scabiosas, pingues, et ardenter prurientes transeunt, (aliquot dies post usum scillae) (*Muzell*, l. c.).

Ardor et pruritus in cute, (*Zwelfer*, l. c.).

20 Sphacelus (*Zwelfer*, l. c.).

Scirrhi, jam praesentes, scilla magis excitantur. (*Bergius*, l. c.).

Scirrhis, febre et inflammatione stipatis, scilla mutationem in carcinomata minatur. (*Cranz*, Materia medica, II. p. 83).

Dolores toto corpore, (*Tissot*, l. c.

Membrorum dolores vehementes, (*Weikard*, vermischte Schriften, I. p. 245).

25 Scilla, ubi nervorum debilitas adest, facile vulsiones suscitat. (*Cranz*, l. c.).

Motus spastici. (*Weikard*, l. c. — *Zwelfer*, l. c.).

Convulsiones. (*Tissot*, l. c. — *Lange*, l, c.).

Pulsus, inter vomitionem, usque ad 40. ictus minuitur. (*Home*, Clinical exper. p. 394).

Anxietas. (*Ludwig*, Adversaria med. Vol. II. p. 713. — Cohausen, l. c.).

30 Anxietas magna, (*Tissot*, l. c.).

Gemitus lamentabiles, (*Lange*, l. c.).
